

GND **OLOGIA EX**
Aenæ S **ij Piccolominei Se**

nen is, **post adeptum Pontifi-**

catu **minatus est, omnibus operibus**
inter collecta. Per

BYM LICOSTHENEM *authorem Damnatus*
BAQVENSEM.

T. I. **ius, Lib. III,**

is in factibus omnia libant,
em depascimur aurea dicta.
semper dignissima uita.

2 400 40 **Sarta**
MADE IN SPAIN

S I L E A E.



2

G N O M O L O G I A E X
Aeneæ Syluij Piccolominei Se
nensis, qui post adeptum Pontifi-

catum Pius cognominatus est, omnibus operibus
diligenter collecta. Per

CONRADVM LICOSTHENEM *authorem Parmensis*
RVBEAQVENSEM.

T. Lucretius, Lib. III,

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.
Aurea perpetua semper dignissima uita.

B A S I L E A E.

Pietate & eruditione præstanti uiro Domino Marco Bersio, ecclesiæ

Basilienſis apud Diuum Leonardum Paſtori uigilantiſſimo, domi-
no ſuo patris loco colendo, Conradus Ly-

author ſummatuſ coſtheneſ Rubeaqueſiſ, S.



VM nuper Aeneæ Syluij, qui poſt adeptum Pontificatum, Pius appella-
tus eſt, lucubrations euoluerem, uir colendiſſime, animaduertens in-
ter legendum miram ſententiarum grauitatem, quã ubiq; interperſam
uidebam, opere pretium me facturum ſperabam, ſi ea quæ ad mores for-
mandos, & uitam mortalium recte inſtituendam conferre maximè exi-
ſtimarem, ueluti gemmas excerperem. Non ided quidem, ut unquam ty-
pis euulgari eas cuperem, ſed otium naſtus, pro mea conſuetudine, locis cõmunibus, quos
ex quotidiana cura ſacrarum, tum profanarum literarum lectione hætenus paraui mihi, in-
fererem. Verum cum D. Henricho Petri uiro honeſtiſſimo, ac de republica literaria opti-
me merito uiſum ſit, eas Syluij operibus ceu corollarij aut appendicis uice adijcere, nolui
homini, mihi ob multas animi dotes amiciffimo, hoc meum offitium, quantulum eſt, de-
negare. Tibi uerò uir ornatiſſime, quem & parentis loco colere, & uenerari pro uirili mea
cupio, hoc munus, licet Leuidenſe, offero, nullam fanè aliam ob cauſam, quàm quod ſciam
te maximè illa ſententiarum grauitate delectari, quam etiam ſæpenumero non tantum in
Epiſteto, Socrate, Seneca, ac alijs eius notæ Philoſophis admirariſ, ſed quantum ad uitam
mortalium recte informandam conducit, plurimum & haud immerito quidẽ apud omnes
commendas. Vnde & hanc meam opellam, ac animi erga te promptitudinem, non adeo in-
gratam tibi fore perſuaſi. Vale nobis & eccleſiæ Chriſti, in qua multis iam an-

nis bonam operam nauaſti, diu ſaluus & incolumis. Baſileæ

Rauracorum IIII. Calend. Septemb. An.

no à redemptione mundi,

M. D. L. I.

GNOMOLOGIA ſiue ſententiæ inſigniores ex Aeneæ Syluii ope- ribus collectæ.

Ex Commentariorum de geſtis

Concilij Baſilienſis, Libro Primo.



Oſtquam ſic fata trahunt ut
quod uolumus non poſſu-
mus, ſemp̄ tamẽ cõiungẽda
eſt cum poteſtate uoluntas.

Eſt tam pauperi quàm diuiti uſque ad
mortem uiuendum. Ac miſera in ſenibus
paupertas, miſerior quippe illiteratis.

Sanum habere corpus & mentem in-
gram, nõ minus pauperi datur quàm diuiti.

Qui rebelliter uiuit, & bona agere ne-
gigit, diaboli potiùs quàm Chriſti mem-
brum eſſe monſtratur.

Quod ſi filius Dei Chriſtus non mini-
ſtrari, ſed miniſtrare uenit, quo pacto e-
ius uicariùs dominabitur, aut dici domi-
nus poterit: cũ nõ ſit diſcipulus ſupra ma-
giſtrũ, nec ſeruus ſupra dominum ſuum.

In omni regno bene inſtituto illud in pri-
mis deſideratur, ut plus regnũ poſſit quàm
rex, ſi contra reperietur, id non regnum,
ſed tyrannidem dici oportet.

Tanta in eſt ueritati uis, ut homini pro
ſe loquenti ſententiæ & uerba ſuggerat;
aduerſus ſe autem prædicanti etiam i-
pſam quæ innata eſt homini ſurripiat elo-
quentiam.

Sicut nonnunquam reges male admi-
niſtrantes, & tyrannidem exercentes à to-
to regno excluduntur eiſciũturq; ſic etiã
per eccleſiam, hoc eſt per generalia Conci-
lia Romanos Põtiſices poſſe deponi nõ
ambigendum eſt.

Genus eſt adulatorũ, qui aliter garrũt;
quã ipſi ſentiũt, Etenim licet dicatur in ſi-
nu principis *ἐπιείκεια* ſemper fore, id e-
go intelligo, cum ratio ſuadet à uerbis le-
gis eſſe recedendum.

Rex ille reuera dicitur q̄ eſt ſpeculator

ac procurator publici cõmodi, cui eſt cor-
di utilitas ſubditorum, qui quacũq; agit,
reſert ad eorũ quibus præeſt commodita-
tem, quod ſi ſecus fecerit, non rex, ſed ty-
rannus dicendus eſt, cuius eſt propriũ ua-
care proprio emolumento.

Hoc differt rex à tyrãno, quod alter eo-
rum quos regit commodis inuigilat, alter
ſuis intentus eſt.

Certũ eſt fuiſſe aliquot tempus, quos
ſine regibus uiuebatur, At poſtquã iure
gentium poſſeſſiones cõeperunt diuidi,
non alia de cauſa reges ſunt inſtituti, niſi
iſtititæ friendæ.

Cum premeretur initio multitudo ho-
minum ab his, qui maiores opes habe-
bant, ad unum aliquem uirum confugie-
bant, uirtute præſtantem, qui prohiberet
iniuria tenuiores, æquitatem conſtituen-
do, ſummos cum inſimis pari iure per-
tingerent.

Regnantibus adhuc regibus cum de-
biliores nonnunquam opprimerentur, le-
ges conſtitui placuit, quæ ad iudicandum
non odio aut gratia ducerentur, ſed tales
inopi quales potenti præſtarẽt aures, quo
fit, ut leges non ſolum populum, ſed regẽ
quoq; obligare ſciamus.

Si regem contemnere leges, rapere bo-
na ſubditorum, uiolare uirgines, ſupra-
re matronas, omniaq; ſuæ libidini & re-
meritati committere uideamus, nunquid
congregatis regni proceribus illo ſub-
moto, alius ſublimabitur, qui & bene
gubernare iuret; & legibus obtempe-
ret? Nempe ut ratio ſuadet, ſic etiam u-
ſus edocet.

Papa ſub eſt quidem Concilio, illud
tamen

Aeneæ Sylui

tamen negari non debet, quia maior est Papa, quolibet alio Christiano, & sicuti Regi quilibet Baro de regno subijcitur, sic Romano Pontifici singuli ecclesie prælati parere tenentur.

Si peccata expugnare ecclesiam nequeunt, certe nec maligni spiritus qui nullam penitus in humanum genus, nisi per peccata uim habent, aliquid aduersus eam possunt.

Si ecclesia immaculata est, quia nec peccata potest perturbari, quis est, qui peccatorem hominem impeccabili ecclesie præferat.

Semper in ecclesia uiri sunt aliqui boni, quod licet humane fragilitati subditi sint, uirtutis tamen perfectæ perfectio fungantur munere, domitiisque carnalibus desideriis hostiam sedeo placentem exhibent.

Sicut cætera lumina sol unus euincit, sic omnes auctoritates ecclesia superat.

Habitat sapius, inquit Arelatensis episcopus, in fordido palliolo, quam in pictis uentibus, sapientia, igitur nemo dedignari, præsertim in rebus grauioribus debet, potentissimus, si aliquando ignarus & rudis, sequacem non habeat multitudinem.

Christiani pro ueritate fidei mori non dubitant, non minis impiorum terrentur, non mutantur a sancto proposito, nec eos metus, nec spes ulla diuertit.

Nihil melius interuenire (ut Cicero ait) sapienti potest, quam fortuna exigua.

Veritas non est relinquenda, etiam si oporteat sanguinem ecclesie largiri, nec enim remissiores aut tepidiores pro ecclesia & fide catholica nos esse decet, quam martyres illos Dei sanctissimos, qui ecclesiam in suo sanguine fundarunt.

Cur nobis mori pro Christo sit graue, qui tam diram, tamque acerbam pro nobis sustulit mortem, qui cum esset immortalis & impassibilis Deus, mortalem induit hominem, & crucis subire tormentum non reformidauit, ut nos redimeret.

Sancti olim uiri mortem contemnendo gentilem mundum & idolorum cultorem Christianum fecerunt. Nos ignauia nostra & nimia uitæ cupiditate, Christianam religionem ex orbe toto in angulum redegimus.

Quid ad nos uita longior, nemo patrum diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfectio functus est munere. Et si clare mortes pro

patria appetita, non solum gloriose rhetoribus, sed etiam beatæ uideri solent, quid de his dicemus quæ pro patria omnium patriarum ecclesia sustinentur?

Non erit pijs hominibus durum pro uita æterna facere, quod pro diuitijs transituri faciunt nauæ, qui se uentis & mari committunt, incredibilesque procellas perferunt. Pernoctant uenatores in niue, in montibus, in syluis, & uri se frigoribus patiuntur, nec aliud eis est præmium quam uilis fera. Quid nobis faciendum Christianis, quibus laborum merces est Paradisus?

Qui estis uiri præstantes, sic uirtute uestra utemini, quæ semper libera est & semper inuicta.

Nobilitatis soror est nobilitas.

Tanta est uirtuti innata auctoritas, ut etiam in hoste colatur.

Ex Commentari-

orum de gestis Basiliensis Concilij, Lib. II.

Honestatem potius periculofam (inquit Ioannes Segouius) sequuntur uiri boni quam utilitatem securam, licet reuera secerni utilitas ab honestate non queat.

Nullum est in terra commodum quod permutare cum uita mortales soleant. Illam namque qui mundo seruiunt omnibus rebus anteponunt, & illi quidem, ut est apud Ciceronem, nihil habentes in uita iucundius, uita, ducere uitam cum uirtute non possunt.

Rectores ciuitatum sic curare totum reipublicæ corpus Plato summus Philosophus iubet, ne dum partem aliquam tueantur, reliquas deserant.

Non sunt hodie secula quæ uirtutem respiciant, Probitas (ut est apud Satyricum) laudatur & alget, pauper loquutus est, & non dicant quis est hic? Bona est equidem uirtus, sed multum interest ad nostrum propositum, an in potente sit, an in paupere.

Eligendus est gubernator, qui non solum consilijs, sed etiam uiribus nauim regat, ualidus uentus est, nisi & consilium bonum sit, & brachia fortia, frageatur malus, & periclitabuntur omnes.

Ridiculosa est sine potentia uirtus.

Ex Hi.

Gnomologiæ.

Ex historia

Bohemica.

Interitura esse quæ nascuntur, atque homines in primis, (quæ ea de causa mortales appellat) omnes norunt, plurimi danant.

Cur hominem natura finxit, cui negata immortalitate spatium breuissimum uitæ includit, cornicibus et ceruis, quorum nihil intererat, longissimum largita est uitæ? Sed cui de naturæ operibus, permissum, quæ nihil aliud esse, quam Deum uel Dei decretum dixerim.

Ego illud mihi persuadeo, nisi mors introisset in orbem terrarum ex duobus alterum fuisse necessarium, aut terræ scilicet, quæ incoleremus amplitudinē sine fine patuisse, aut humanam generationem interdicitam.

Tot calamitates hominem circumsiluit, ut mori satius sit, quam uitam producere miseram.

Qui Deum fabricasse mundum constantiter credit, nec dubitabit illum gubernare quæ condidit, iniquitatem quoque omnem ab eo alienam putabit.

In hac mortali uita & uitos bonos in aduersis rebus oppressos, & iniucos homines sæpenuero blandis fortunæ afflatibus in sublime raptos cernimus.

Nemo homo est, cui non insit aliquid boni, & id Deus in terra & in hac transitoria uita remunerat. Neque enim mole malorum obstante cœlestem conferre lucem potest.

Vitia apud inferos plectuntur. Viris bonis quibus terra clausa est cœlum patet. Peregrina in terris uirtus, in cœlo ciuis.

Vana est religio quæ scelere locum facit. Vim criminibus sacramenta non addunt.

Promissorem maleficij diuina maiestas odit, factorem exterminat.

Nullum capitale peccatum quatuor maioris mali uitandi gratia est tolerandum.

Habet hoc natura hominum ut aliena magis quam sua quisque uitia perhorrescat. Neque summa mala diu in uita manent, ultoremque mali sæpe malum cernere licet.

Domestica nobis arma (inquit Zifcha) timenda magis quam externa, ciuiles enim seditiones primum auferre oportet.

Non propter regni gloriam aut agrorum possessionem, sed propter religionem, Christi honorem, & animarum salutem bellum est gerendum.

In bello satius ac gloriosius est honeste mori, quam hosti nondum uiso turpiter cedere.

Mori melius est, quam in perpetua seruitute uiuere.

In eo Mainardus ei regno bene esse dicebat, in quo neque per otium marceat homines, neque per bellum atterantur.

Reges regno danant, non regna regibus.

Scelestis & execrabilis est uox illorum, qui regnandi causa ius uiolandum astruunt.

Regnorum administratio ijs committenda qui spernunt, non qui cupiunt.

Quis hominum est qui non honorem sibi quam alteri malit?

Qui relicto animi cultu uoluptati corporis se federe, grauati uitiorum sarcina, non quibus explicent uitamque corrigant, sed quæ ceptum iter approbent, ea dogmata facile imbuunt.

Neque inquinatis mentibus solamen ullum talentius, quam totum extingui morte hominem opinentur. (mere.)

Vna salus desperati cœlum, inferos non timet.

Multoties dum alienam seruare uitam conamur, perdimus nostram.

Quicquid olim peccauere opulentissimi ac potentissimi, hodie plectitur, nulla enim uetustas impunitate criminis habet. Neque ulla innocentia tuta est, ubi incouicta puniuntur scelera.

Victa magnis rationibus mens humana, uolens nolensque capitur, utque natura instituta est, altera facile trahitur, altera elabitur. Neque nostri arbitrij est credere quod uolumus.

Potentiam qui consecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat. Retinent amici, implicat gloriæ cupido, obstat inimicorum metus, semper est quod craftinare compellit.

Odiolus plerumque potentibus sermo diuinus, quibus defunt facultates, leuis est in cœlum uolatus.

Ingens dulcedo gloriæ facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur.

Nemo est tam sanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur. Facilius regna uiri excellentes quam gloriam contemniunt.

Caca humane mentis iudicia, sæpe læta pro tristibus, pro lætis tristitia ducunt, futuri nulla homini certitudo. Nemo nouit quid serus uesper uehat, nemo tam superis amicus est, ut craftinam sibi lucem promittere possit. Multi dum se credidere

Aeneae Sylui

deiectos, in sublime rapti sunt, multos exilia claros facere, & optata consecutis saepe numero exitio turpitudinis fuerunt.

Ferendum est certe quicquid uitari non potest.

Temeraria iuuenum audacia nisi matu- re coerceatur, in furorem uertitur.

Incertae uanaeque cogitationes hominum, futurum quicquid caeca caligine Deus oc- culuit, ipse sibi gubernacula retinet uni- uersi. Nihil sine suo nutu mortales agunt. Sapienter ab eo iustaeque cuncta regantur, saepe in conspectu eius acquisita sunt, quae nobis uidentur iniqua.

Nihil perperam, nihil temere diuina ma- iestas agit, nos caeci uersamur in tenebris, minimum est quod cernimus.

Ad regimen animae nostrae liberum su- mus nacti arbitrium, ad saluandas animas lux reddita Christianis.

De regimine ciuitatum, de mutatione re- gnorum, de orbis imperio minimum est quod homines possunt, magna magnus disponit Deus.

O inanem mortalium gloriam, o caecas hominum mentes, quid iactamur? quid ex- tollimur? Quid est quod dignitates, opes, potentiam, tantopere flagitamus? Perpe- tuo his frui cui datum?

Hominiibus persuasum est, armis acqui- ri regna, non legibus.

Ex libro de mun- do uniuerso.

Quacumque mortales agunt siue priua- tim, siue publice, calumniae subiacent, nec diuinis operibus maledica lingua par- cit, tantum sibi humanus arrogat intellectus.

Non ingentia solum facta, sed tenuia quo- que nouisse saepe ex usu fuit.

Nullus liber tam est ineptus, quin non afferat aliquid emolumenti.

Historiae nihil magis est contrarium quam mendacium. Nugas in fabulis, in historia uerum quarimus & seruum.

Non ab re prudentia est quae uitam ducit, Prudentiam uero multorum & magnarum rerum cognitio parit, quam nemo inter scri- ptores melius historico tradit.

Nullius uita sine reprehensione cucurrit. Commune sortem aequo animo ferre decet.

Laxa religione etiam diuina patiuntur, nec coli possunt (ut Euripides ait) uana garrulitas quae religionem pauperibus aufert.

Deus & inopis & diuitem pater est, neque aliud ab homine quam uoluntatem requirit.

Quis arma sumat, & cum mortis peri- culo dimicet, cum sciat uictoriam sterilem esse, id perinde est, ac si quis laudis causa cum bestiis pugnam ineat.

Nullum est imperium, quod ciuilibus discor- dia non euerat.

Tanta nullius est nequitia, quae non in- ueniat adiutores, si quid auferre utilitatis posse uidentur.

Manus humana quaecumque facit, eadem de- struit, nec ullum est homini tutum in ter- ra refugium.

Multa metus & regnandi cupiditas ad- mittit indigna, sed non est caelesti regno idoneus, qui pro terreno caelestem regem contemnit.

Perraro religionis affectus ad haeredes transit.

Res humanae licet interdum ex paruis iniurijs crescant, postea tamen corruunt per- facile.

Claritatem rebus adimunt tempora, & nos hominum diuturnam quarimus in hoc seculo gloriam, quam potentissima ci- uitates retinere non potuerunt.

Stulti sunt qui substantiam esse aliquam fortunam putarunt regnorum & opum di- spensatricem, quae solum Dei nutu huc at- que illuc transferuntur.

Sine uino laeuida est omnis uoluptas. Saepe suis urbibus plus domini quam hostes nocent.

Ut arbores suam habent mortem, aut percussae cadunt, aut suo tempore arescunt, Ita nihil in terra non mortale.

Omnia occidunt, nec literis sua mors ne- gata est, quamuis aliae alijs plus uiuant. Ae- tas cuncta aufert, nec hominis opus est, quod suo tempore non euanescat.

Philosophica uita licet neque honores, neque opes accumulet, caret tamen quam- pluribus periculis ac molestijs.

Saepe eorum ignominiosus est finis, qui nimium gloriae cupidi sunt.

Pittacus Mityleneus ad dominatum e- ruendos principatu usus est non ad tyran- nidem exercendam, qui sublati tyrannis;

mox

Gnomologiae.

mox ciues in pristina libertatem restituit, ostenditque sapienti principatum non esse ap- petendum.

Neque libertas diuturna speranda est ci- uibus, neque perpetuo metuenda seruitus, altera enim succedit alteri, sicuti montibus ualles.

Calamitatis comes est plerumque infamia. Ruit omnis audacia, & moderata tan- tummodo durat.

Non semper tuto ueritas dicitur, ubi cum tyrannis aut plebibus agitur.

Polycrates adeo clarus fuit ut etiam ma- ri dominaretur, Is annulum de industria gemmis & sculptura preciosum in pelagis proiecit. At paulo post piscator quidam pi- scem eduxit qui eum deuorauerat, in cuius uen- tre annulus est inuentus. Quod cum Rex Ae- gyptius Amasis intellexisset, finem eius infortunatum dixit, qui talibus prosperi- tatibus ueretur. Nam quae prosperitas si- ne clauditur non luctuosa.

Ephesii cum Dianae templum incendio de- formatum iam instaurarent, Alexander im- pensas magnificas pollicitus est ad eius aedi- ficationem, si eius rei titulus sibi ascribe- retur. quod cum quidam ex Ephesijs audi- uisset respondit, Non decet Deum Dijs quicquam dedicare.

Regibus semper amica est adulatio.

Homines facile ea promittunt quae uen- tura in periculum non creduntur.

Non consultum est in eos scribere qui possunt proscribere.

Saepe apud homines succubit ueritas, sed apud Deum semper triumphat.

Natis regibus atque electis nequaquam par solertia inest.

Inuiti destruunt homines quae ipsi costru- xerunt.

Dum homines sumus uno superato peri- culo in alterum incurramus.

Nequaquam diuturna sunt, quae malis artibus acquiruntur.

Nulla sancta reperitur regni societas.

Natura masculis non foeminis dedit im- perium, nec aequitas permittit regum filios extraneis cedere.

Melius est regium sanguinem conserua- re quam fundere.

Periculosum est religionem imbuisse damnatam.

In bello nihil magis necessarium quam militum obedientia.

Hominum semper sunt mutabiles uo- luntates.

Hominum improbitas non obest Deo nostro caelum tenenti, nec eorum insaniae ma- iestatem eius quoquo modo imminuere pos- sunt, cuius ea gloria, ea sublimitas, eaque bea- titudinis perfectio est, ut nec laudibus huma- nis extolli, nec humiliari uituperijs ullis possit. Nos ista laedunt atque confundunt, qui per ignauiam atque desidia, dum ueri Dei cul- tum perire sinimus, & in hoc seculo bonum nomen & in altero spem salutis amittimus.

Contenti praesenti rerum statu potentes, futurum Christi regnum non nisi morien- tes inquirunt, credula paupertas facile praedicatoribus obedit.

Auarissima honoris humana mens, facilius regnum & opes quam gloriam partitur.

Mira est rerum humanarum omnium mu- tatio, & fluxa humani imperij gloria.

In utramque partem immodica, siue ama- uerit siue oderit, mira est rerum mutatio & ludentis fortunae iocus.

Victori leges atque homines fauent.

Nulla uictis leges fauent, sacrosque cano- nes potentia uincit.

Fraus, ut inquit Maximus orator, astrin- git periurium, non soluit.

Nulla est regno deiectis quies.

Stephanus eques Romanus turpe esse dicebat, eam urbem quae totum sibi sub- iecerit orbem, nunc sacerdotum imperio subiacere, quos rectius foeminas quam ui- ros quicquam appellauerit.

Ex commentario-

rum in Panormitam, Lib. I.

Nihil dictum est unquam quod melius dici non possit.

Difficilius est reges quam priuatos homi- nes philosophari.

Sapiunt qui accepto aliquo beneficio uel mediocri, curiae ualedicunt. Ostendunt enim animum suum expletum esse, & peri- culose se subtrahunt, quod in curiales frequenter accidit, qui ueluti ues ubi saginati sunt, in coenam domini maculantur.

Qui opes adepti magnas, apud reges per- seuerant, non quidem id agunt, ut gratias referant, sed uel tuto abire nequeunt,

Aeneae Sylui

uel eis nihil satis esse praeseferunt.

Rex illiteratus nihil aliud quam alinus coronatus.

Coeptis quae quidem iusta sunt, decet Regem inuictum adhibere animum. Ac fortunam ferendo uincere. At ubi conatus iniquus est, praestat uinci quam uincere.

Docti Regis nullam uitae partem quietam esse phas est, nisi quam sibi somnus uendicat.

Misericordia Reges Deo optimo Maximo facit proximos.

Non decet Regem auxilio esse eius, qui bella per omne nephas gerunt.

In bello cauendum est praecipue ne prima belli fortuna aduersam experiat, nam praefugium finis ex initio plerumque conspici solet.

Regnandi plane ignarus est qui simulare nescit. Vera tamen ratio nec uultum nec animum mendacio obtegentem Regem probat.

Senex cum sis, te cito moriturum scito & de sepulchro cogita.

Reges non uestis aurea sed spectata inter bonos moderatio & autoritas regio culmine dignos facit.

Quos saeuitia & crudelitate subegeris, ut metuas semper necesse est, quos tua tibi pietas misericordiam conciliauerit, perpetuo fidos inuenias.

Optandum esset omnes Reges aliquando priuatos pauperesque fuisse, neque enim satis miseretur, qui nunquam fuit miser.

Seruati quam caeli hostis longae maior est gloria, tantoque triumphus illustrior, quanto plures relinquuntur, de quibus triumphat.

Principes quasi signum ad sagittam expositi sunt, Turres quidem fulgura praeraltas ferunt, humilia tecta praetereunt, ac cum principibus bene agitur si uerbis tantum impetuntur.

Vltra Sauromatas & glaciale Oceanum eundem est is qui Hypocritarum uitam effugere cupiunt, & cum eo uenerint nihilominus non carebit hypocritarum locus, si modo & tu homo & non Deus sis. Inter mortales enim nemo est, qui non aliqua ex parte fictus fucatusque sit.

Alexander ille Magnus totum terrarum orbem domuit, at maiorem se orbis dominum cognoscit, qui neque iracundia, neque uino uincitur, quibus ipse Alexander succubuit.

Affectum quemuis excludit dominandi cupidus.

Agere quam fari sapientis est. Nam quam etiam nisi cum necesse est, sapiens loquitur, neque uana nisi ponderata mensurataque profert. Stulto autem nullum est tempus sermoni clausum, facileque uerba iactat, qui sine consideratione profatur.

Quid magis barbarum quam rapto uiuere, & omnem aequitatem omnemque religionem proculcare.

Iustus est principis non solum afficere neminem iniuria, sed eos, qui damna quibusuis hominibus sine iusta causa inferunt, si possint prohibere. Nam qui non obstitit, si potest iniuria, tam est in uitio, quam si patriam aut parentes deserat.

Iuramentum apud Reges nihilo magis quam simplex uerbum ualeat. Animo enim princeps obstringi, non alia quauis arte potest. At hodie plerumque ex principibus nostris parabolanos (ut ita loquar) inuenias, ut certiora sint meretricum quam eorum promissa.

Adepti regni poenituisse quam plures principes conperitum est. At qui literas didicissent neminem. Est enim doctrina sapientiae similis quam omnis anima concupiscit, nulli sane onerosa, regni autem otiosae oppresserunt multos.

Ex commentario

rum in Panormitam, Libro II.

Quicquid prodigiosum semper hominibus merito suspectum.

Prodigalitate comes est egestas. Unde si bona nostra prodigemus ad mendicitatem breui redigemur.

Bernardinus Senensis, quem in Coelicolarum numero Nicolaus V. Pont. Max. ascripsit, eos bene uiuere aiebat, qui quicquid agerent aperta deus atque hominibus esse putaret.

Verax est Strabo, qui potentiorum commoditatem, ius esse diffiniuit.

Omnes qui iuri dicendo praesunt non tantum iustos, sed etiam prudentes & peracutos esse oportet.

Milites qui oculi gratia curiam sequerentur, semper in negotio futuros esse Syluester Chiemensis episcopus dicebat, nisi sese tandem uel cum periculo inde amouerent.

Qui duri & immites sunt principes, (ait Fridericus Imperator) nimis abhorrentur a morte, Nam quales se dum uixerunt alijs praestitere, tales etiam cum mori uentur in se iudices plerumque inueniunt.

Quas

Gnomologiae.

Quas non didicerunt artes recusant omnes exercere, imperare autem, quae est ars artium omniumque difficilissima, nemo recusat.

Animalia rationis expertia nullum plane supra se regem ferunt, nisi qui ceteris uirtute praecedat. At homines qui se rationales dicunt, is saepe principibus obediunt, qui brutis quadrupedibus stultiores sunt.

Turpes animi turpia corpora plerumque inhabitant, improbitas autem in forma egregia perraro elucescit.

Ea demum praecleara est uictoria, in qua nosmetipsos, atque auaritia & ulciscendi cupiditati frenos imponimus.

Beatos esse in terris Reges Sigismundus Imperator dicere solebat, si exclusis superbis mansuetudinis humanitatisque cultores incuriam asciscerent.

Ex libro commen-

tariorum in Panormitam, III.

Philosophi sunt, non quidem qui facienda dicunt, sed qui dicenda faciunt. Qui quum peccare possunt, non peccant, & in omni rerum licentia sibi ipsis frenum iniiciunt. Abstinentiam enim in uita priuata ipsa parit necessitas.

Fridericus Imperator Romanorum optabat ut senatores consularisque sui de rebus iam iudicaturi, duas res in palatii uestibulo deponerent, simulationem scilicet & dissimulationem, & sic fore ut recte in rebus quantumuis grauioribus consulerent.

Ladislauus Ungariae & Bohemiae Rex, non uideri sibi ait homines, qui bonas literas ignorarent.

Ad urbium praefecturas & alia reipublice munera atque officia, probari potius homines quam probandos sunt assumendi.

Clarum & potentem hominem periculosum est in carcerem rapere, quandoquidem neque nocentem plectere eum, neque innocentem dimittere tutum est.

Bonum nomen cunctis diuitiis est anteponendum.

Sic a natura comparatum est ut cum uitandos adulatores dicimus, tum maxime illis aures damus.

Foenus ita demum sine peccato exerceri posse Bernardinus Senensis affirmauit, si pecunia his crederetur, qui capitalem summam reddere non possent.

Principes dum inimicis parcunt, occidunt, dum extollunt eos, ex hostibus amicos sibi faciunt.

Deus cum per se iustus sit, iustam causam etiam in summo rerum discrimine libenter adiuuat.

Amicitia quae desinere potest, uera nunquam fuit.

Toto Philosophia, ut inquit Plato, nihil aliud est quam commentatio mortis. Cur enim praeccepta bene uiuendi discimus, nisi ut bene mori sciamus?

Vita nostra reuera nihil aliud quam comedia est, cuius ultimus actus de morte agitur.

Bonus poeta nemo habetur nisi ad finem usque actus omnes prudenter explicet, Nobiscum melius egit Deus. Nam licet omnis uita superior turpis extiterit, satis tamen fuerit ad emendandum coelum, beatamque uitam consequendam, si laeto ac forti animo mortem obeamus & ultimum spiritum Deo reconciliemus.

Ex libro in Panor-

mitam Commentariorum, IIII.

Sydera stultos regunt impelluntque, Sapientes autem astris imperant.

Sigismundus Romanorum Imperator eum uirum regno dignum aptumque existimabat, quem neque secundae res extolleret, neque aduersae deprimerent.

Nulla nobis militia opus esset, si suas quicque ciuitates, praetores ceterique magistratus moderate iusteque gubernarent.

Si desint Thrasones, in uanum Gnathones clamitant.

Essent plerumque principes meliores quam priuati homines, Si reges electio, non successio faceret.

Natura non fert, ut qui nobis nocent is ex animo benefaciamus.

Homnibus nihil in hac uita melius contigere potest, quam bonus ex hac uita exitus.

Quemadmodum superi amari & timeri uolunt, ita & reges, neque enim bene ames, nisi timeas.

Militia sentina uitiorum est, quae nulla uirtutis indicamenta suscipiat.

Si Deus est qui hunc mundum gubernat, ut Philosophi & Theologi uerissime docent, eumque iustum esse nemo negat, profecto alia loca sunt inquit Friderico Imperator.

ad

Aeneae Sylui

ad quae post mortem animae migrant, ibique pro factis aut mercedem aut poenam accipiunt. Nam hic bonis sua praemia, neque malis sua supplicia reddi semper uidemus.

Non potest dictum indictum esse.

Ex libro epistolarum.

Sic principes sunt ferè omnes, cum opinionem aliquam induerunt, magna opus est arte, ut sententiam mutant. Ex epistola secunda.

Seruandus est in omnibus rebus modus, & mediocritas quae t̄atopere à Philosophis commendatur ubique tenenda est. Ex eadem.

Quanto longius à paternis laribus recedimus, quantoque diutius suauissimo eius caelo priuamur, tanto magis naturale solui uidere, ibique uiuere & mori desideramus.

Ex epistola tertia.

Minus grauius sunt aliquantulum quae audiuntur quam quae uidentur mala. 3.

Homo sine literis nihil aliud nisi asinus bipes. 4.

Inter hominem illiteratum & marmoream statuam nihil interest. 4.

Iuuentus hominis tanquam flos agri mane nitet, uespere uerò arefcit. 4.

Non lucifer aut hesperus tam pulcher est, quam sapientia quae studijs acquiritur literarum.

Omnia praetereunt quibus homines in hoc seculo latantur, aetas, ualetudo, forma, deliciae, opes, uoluptates, Sola nos, si semel recepta fuerit, usque ad mortem sapientia comitatur.

Agricultura & rusticatio uitam quietam, liberam, honestam & frugalitati conuenientem praebet. 5.

Hoc genus uitae solum naturae hominum usuique praecipue est accomodatum, quod omnia ad uitium cultumque nostrum spectantia nobis suppeditat. 5.

Pacientia unicum est contra inuidiam remedium ualentissimum. 8.

Mea semper opinio fuit his in rebus quae multum fellis parumque mellis habent, sapientissimi hominis esse, quod dulce est excerpere, quod malum foret lippis oculis praeterire.

Nihil unquam amicus amico facere po-

test quod non sit debitum, atque idcirco expers gratiae.

Non minus est scriptum quam dictum, cum illud fugiat, hoc maneat, illud negari, hoc perpetuo possit probari. 9.

Lusus in Ecclesia qualem de pila fieri uidemus, dum huc atque illuc impellitur lusorum ictibus percussa. Sed aspicit illa ex alto Deus, & quamuis raro in terris expendere homines digna supplicia coget, nullum tamen in supremo eius iudicio malum impunitum relinquit. 10.

Arbitrium liberum dedit nobis hominibus Deus, uirere nos ut liber, finit, luxas dimisit mortalibus habenas, rationem tamen rerum omnium dum iudicabit orbem exacturus est, cumque uidebunt principes, an propter eos regna fuerunt instituta, an ipsi propter regna, qui suis omnia seruire libidinibus uolunt. 10.

Cupit omnis dilectio redamari. 12.

Quid dulcius in humanis est, quam gignere sibi similem tanquam extendere sanguinem, & habere quem post te relinquant. 15.

Amicitia nullius iuri derogat, nec aliquid admittit turpe. 16.

Non sunt duriora castra quam curiae principum, ubi inuidiae, simultates, detractiones, odia, inimicitiae, contumeliae, iniuriae & poenae sunt infinitae. 16.

Iuuenes non possunt peruenire quo uolunt, nisi iuuenes esse desinat, seque aliquando uinci paciuntur.

Nihil tutius est, quam ex iudicio amantis uiuere.

Amantis est amati prosperitatem dicere suam. 20.

Socrates cum aliquando interrogatus esset quid & unde esset: Mundanum se esse dixit, Nos si melius respondere uelimus, coelestes nos esse dicemus, quia illuc originem ducimus, & illuc si bene uixerimus, reuertemur. 20.

Alta est dominandi cupiditas, nec terminis clauditur ullis. 21.

Nemo existimet generosum animum unius regni terminis conquire scere, Ego tamen illi faueo qui fortunae impetus, perferantem clipeo domuit, continuoque id fecit, ut aduersam expertus, securissimam iam sit adeptus fortunam.

Nihil est anima praestantius, hanc colere, hanc

Gnomologiae.

curare praeter ceteris debemus, alia caduca sunt, fluxa, mortalia, haec in aeternum manent, cui si bene studuerimus, aeterna gaudia, si male uacauerimus, aeternos cruciatus per illam sentiemus. 22.

Non licet in republica plus homines contendere, quam probare possint rationibus. 24.

Haec amicitia hodie uiget, cui utilitas annexa est, Stoicorum enim illa uirtute gaudens iam dudum explosa est. 26.

Non bene conueniunt, nec in una sede morantur rerum publicarum assidua cura & amor uxorius.

Si uis recte agere uitam, fac nihil facias quod Deum uidere non putes, nihil secreto exoptes, quod praesente populo optare non audeas. Optandum est enim semper (ut Iuuenalis canit) ut mens sana sit in corpore sano. 37.

Beati sunt qui procul à curiarum tumultibus degunt, & contenti sunt quae adest fortuna, nos animorum impulsu caecaque cupidine ducti, regum atria petimus, principum in oculis uersari uolumus, quibus si miles cum periculo capitis serueris, modicum uero aberraueris, mox peristi, nihil enim uiolentius est aure tyranni, suspiciosi omnes sunt, curiales, inuidi, propterea non tantum si adsit, sed si absit etiam ut criminentur delictum. Pereunt hic omnia seruitia, si semel non recte spereris. 42.

Nemo hodie sua sorte contentus uiuit, sed quo quisque plus habet plus exoptat. Ille beatus est, qui cupiditati terminum ponit, qui uero nimios optat honores, & nimias poscit opes, is sibi excelsae turris tabulatum erigit, unde altius cadat, maioris quoque det ruinam quam opinionem.

Omnes cum senescimus ad rem attentiores sumus, quamuis ab resit, & quo minus restat itineris, eo plus quaerimus plus parare uaticini. 44.

Animus iuuenis sanguine feruens, ebullit, furit, insanit, nihil pensi habet, non pecuniam pendit, quoniam se facile lucraturum sperat, nunc bella meretur, nunc mercaturam cogitat, nunc regales curias meditatur, credit amari, credit sibi ab omnibus subueniri si opus fuerit.

Vetulus spiritus scit quam rarae sunt amicitiae, quam fallaces amores, quam diffi-

cilia lucra. Scit temporalia bona (sine quibus plenam negat Aristoteles felicitatem) in manu esse fortunae, quae si amiserit, illa inuita recuperare non potest.

Experimur uerissimum esse, quod Iuuenalis cecinit: Haud facile emergunt quorum uirtutibus obstat Res angusta domi.

Diuitiae plerumque indignos committantur, easque (ut Aristoteles ait) qui minus sunt digni possident.

Nemo diues est cuius cupiditati nihil est satis.

Nulla ex uirtute spolia casus ducit. 45.

Pietatis est subuenire parentibus, qui hoc non facit, iam nec pius est, nec bonus, non homo sed immanis belua est. Quid enim immanius dici potest, quam illi opem denegare à quo susceperis uitam.

Vxorem ducturus, non aurum sed foeminam sibi maritat, uxorem castam, formosam & fecundam si quis nactus fuerit, nihil est quod merito exigere possit. 47.

Quod peccato discitur, melius est ignorasse. 46.

Nihil gerendum est quod postea sit excusandum.

Non exaudiuntur leges inter arma, nec uox aduocati inter tubarum concentus resonat. 48.

Nulla temeritas tuta est, & nulla iniuria perpetuo stabilis.

Liberalitas inter ceteras uirtutes maxime homines allicit.

Ipsi leges hodie seruiunt & iuxta opportunitatem ab hominibus mutantur. 49.

Nulla ciuitas municipalia iura in perpetuum seruat.

Continentia licet laudanda sit, uerbis tamen quam factis probabilior est, & philosophis magis quam poenis conueniens. 50.

Nihil mundanum perpetuo hominibus placet. 51.

Amicis omnia nuda sunt.

Fortuna semper caecis obambulat oculis & eos potissime facit locupletes, qui minus sunt digni.

Non fortuna est quae uiros bonos pecunijs priuat, sed habent ipsi nūmi nescio quid sentius.

Aeneae Sylui

sensus. Sicut enim ambiciosi & honoris cupidi, non teneri, sed tenere nolunt.

Omnibus hominibus suis instat dies, nec doctum nec indoctum mors praeterit. Felix tamen est qui sic uiuit, ut nihil timeat mori. 51.

Nihil est mendacio instabilius, nihil ueritate constantius. 52.

Affueuit fortuna quos uno ex bello fugatos fecit, in alio interemptos reddere, bene tamen agitur cum ijs cui pro fide contra barbaros pugnantibus bello occumbunt.

Omnes hodie simulati sumus amici, amare fingimus, non amamus, Adulatores sumus non amatores, Nec fictus amor inter absentes aliquid habet uigoris. 54.

Omnes hanc fidem habemus quam principes nostri, qui si colerent idola, & nos etiam coleremus. Et non solum Papam, sed Christum etiam negaremus seculari potestate urgente, adeo omnis interijt fides.

In grauioribus rebus non de nomine sed de re contedendum est, Voca panem si placet lapidem, & damihi dum famisco, & satis ero contentus.

Licet cuilibet opinari, uaticinari paucis, quoniam futurorum euentum solus Deus nouit. Humanæ mentes in tenebris degunt, nec argumentari possunt ex praeteritis & instantibus, quid futurum sit, in eoque ita falluntur ut qui per uitrum ultra inspiciunt, aut in aquis iactant usum.

Inter humanas felicitates hæc uel maxima est, ut coniugem quis bonam ac pulchram, tu, quod est tritum, fecundam forciatur.

Vigilare, laborare, ac curare plurima oportet si quis uelit haberi magnus, quidam modico sunt contenti, & recte sane, si ad naturam uiuentes, Deum respiciant & quieti sunt animi.

Ille non est laudandus qui multa cupit & aggreditur pauca. Oportet namque & animum & opera conuenire, si quis commendari debeat.

Tunc bonum est seruire principibus, cum res praeter sententiam eunt.

Qui potest in pace uiuere, is damnan-

us est si se ingerat bellis. Nemini bellum utile est, nisi cui status praesens est grauis. 59.

Multorum uirtus iacet, quia campus deest ubi se ostentent.

Boni uiri sibi magis quam uoluptati uiuunt, nec breue gaudium longæ praepouunt utilitati. 61.

Periculosum est in illum aliquid dicere qui potest proscribere, longæ sunt principum manus atque timendæ.

Non regiones nobis aptandæ sunt, sed nos ipsos regionibus conformare debemus. 62.

Tempus est moderator & arbiter rerum omnium.

Non tam inops sensus est quispiam, qui regnicolis auferat eligendi regis potestatem. 63.

Quales sunt principes tales & ciues esse consueuerunt, & mutantur serui studio dominorum. 64.

Honorificentissimum est in ea re prestare hominibus, in qua ceteros animantes homines ipsi præcellunt. Magna res est facundia et si uerum fateri uelimus, nihil est quod tam regat orbem quam eloquentia. Quoniam quicquid agimus in repub. persuasi uerbis agimus, & illius in populi sententia manet, qui melius persuadere nouit.

Vndique tantundem est ad inferos & superos uia. Sed habet minus, nescio, quomodo, doloris, inter ulnas fratrum, sororum, filiorum atque nepotum mori, & licet ubique amici comparari possint, nullæ tamen familiaritates tam dulces ac stabiles sunt quam in patria. 65.

Pauci sunt qui in rebus etiam grauioribus uerum sequantur, omnes enim fere quod suum est quaerunt.

Nihil est quod absque argento Romana curia dedat, Nam & ipsæ manus impositiones & Spiritus sancti dona uenduntur, nec peccatorum uenia nisi nummatis impenditur. 66.

Sicut uiuis ita morieris, Qualis uita talis etiam erit mors. 68.

Mundas manus eum habere oportet, qui multos habet aduersarios.

Nihil formidabilius quam homo biliguus, nihil terribilius quam hostis familiaris.

Celeri

Gnomologiae.

Celeriter ægritudo uenit tardissimeque recedit, Qui nunc sanus est, in hora ægrotabit. Nihil sub caelo stabile nihilque securum. 69.

Amicitia non eloquentiam sed rem expetit. Et supplet amor quicquid facundia negat. 70.

Multi dum imperiti uideri uolunt, se doctissimos esse ostendunt, alij dum aliquid sapere se iactant, imperitiam suam omnibus produunt.

Lais uirtutis est excitamentum.

Quis tam malus est qui uirtutem illam non assequi suadeat, de qua se percipit laudari.

Similis est amare similem & omnis probus afficitur probis, Nec uirtus non potest placere uirtuti. 71.

Vulgus plerumque utilitatem praefert honori, quia caduca est omnis honor nisi pecunia sustentetur.

Melius est in magnis contentioneibus de suo iure aliquid tradere cum pace quam totum litigando consequi. 77.

Qui iura nouit & astrorum cursus, pluriarum uentorumque causas, argumentandi rationes & mensurarum terræ & carminis & orationis uires, omnemque denique harmoniam, is tamen nihil scit, nisi mori etiam sciat.

Ultimus humanorum actuum mors est. Qui omnia recte fecit & in fine deficit, is frustra per omnem uitam operatus est.

Insulsus poeta est qui actum quintum negligit, sic qui mortem nescit bene concludere demens est.

Quicquid homines ex suo arbitrio faciunt id sibi utile iudicant, Nam quod sibi damno sit, nemo sciens uolensque facit. 78.

Nemo sermonis ornatu ac uerborum lenocinio plus suadet in rebus agendis quam utilitas.

Nulla durare potestas ualet, ubi dissensio regnat. 78.

Ciuiles dissensiones, inuidia & ambitio alunt, quæ pestes ubi grassantur omnia malorum causa sunt.

Difficile monumentum est amor ciuium. Inexpugnabilis est ciuitas quam unitas populi cœtur.

Nihil utile est quod non sit honestum,

Nam turpia & uitiosa caduca sunt, mutabilia, fluxa, curas semper & molestias afferentia. Quæ iusta uero sunt & honesta, ea manent, neque unquam mentem turbant.

Nulla est sine uirtute utilitas possessio.

Mos hominum est, ut eos qui infra se sunt semper contemnant, Huic uulgo pro uerbum est: Societatem hominum dirimi, quoties alius alium dignitate uel opibus excedere coepit. 79.

Vulgus ignobile non in uirtute sed in utilitate omnem uitæ rationem ponit, Viri autem boni & uirtutis amatores ut magis eleuantur eo magis amicorum meminerunt.

Amicitia quæ inter uirtuosos est, nec uarietate fortunæ, nec tempore diminuitur.

Dignitatem & diuitias, multæ curæ & anxietates multique metus sequuntur, Nec enim augeri opes possunt, quin & labores crescant, omnis potentia subiecta est inuidiæ.

Qui ad summum dignitatis fastigium euehuntur, in speculo sedent, omniumque in se oculos conuersos habent. Si bene faciunt, fecisse debitum dicuntur, si male, omnium linguis carpuntur, Si deo placet, hominibus displicent, seruare modum in his plane arduum est, Vt cunq; sit, nauigandum est sane hoc pelagus, pro salute communi seruendum est reipublicæ.

Non nobis tantum nati sumus, ut Plato dicebat, sed ortus nostri partim amici, partim patria uendicat, ego autem addo partem quoque debere Ecclesie, & si nos totos obligatos sibi dixerim, quæ nos Christo regenerauit, non errauerim.

Magistratus, ut uerissime Bias dixit, uirum ostendit.

Qui semper seria tractat, quamuis non est mortuus, tamen uiuens moritur.

Inter omnia hominum oblectamenta nulla maior uoluptas est, nulla iucundior, nulla securior quam cum fides amici inuicem coeunt.

Nullius boni sine socio iocunda est possessio.

Quanto quis maior est, quanto ditior, quanto potentior, tanto fideli amico magis indiget.

Concedendum est aliquid amicitiae atque consuetudini, non tamen cum prau-

β dicio

Aenae Sylui

dicio ueritatis, quauis Aristoteles Platoniu ueritatem praetulerit, meo iudicio, magis fama, quam ueritatis amore.

Principis officium est, parcere subiectis & debellare superbos. 81.

Nulla est regni fida societas, nulla pietas fidesque locum habet, ubi dominium quaritur.

Ne uitam amittamus, facimus interdum quae facienda non sunt, Nec enim hi hodie sumus qui pro iustitia capita nostra ponamus, quamuis stultum etiam sit, propter iustitiam mori, si nullum iustitiae commodum, nullumque iuuantem mors ipsa contulerit.

Non potest esse diuturnum quod uolentum est, nec stabile fieri potest, quod animis promittitur inuitis.

Sunt homines ad suspiciones malas prompti, & ad criminandum magis quam laudandum nati.

Cetera est hominum cupiditas, qui non contenti ciuitatibus dominari, prouincias quarunt post regnum, nec sic expleti, etiam regnis regna cumulare nituntur, nescientes quia parua res est quae uitam eripit homini, & omnibus pompis ac dominis nudum in momento reddit.

Corpuscula nostra ubi spiritus euolauit modico sarcophago continentur & talarata sunt inter aurum gemasque recondita, quae inter feces hominum ferarumque collocata.

Sic plectitur mendax, ut dum credi sibi falsa uult, etiam in ueris repellatur.

Sic hodie imperij dignitas attenuata est, ut uix illi comites caput inclinent, cui maximi reges sese solebant ad terram prosternere. Sed est omnium potestatum finis, Nec Romanum imperium, ut Vergilius credidit, sine fine datum est, quod sic iam uidetur agrotum, ut de sepultura magis quam de medico sit cogitandum.

Malum cum nascitur cumque recens est absque negotio raditur, cum adultum est, difficile extinguitur.

Omnis belli euentus dubius est, saepe qui uictus uidetur, uictor exurgit, Nemo autem uere uincit, nisi qui domum reuersus sibi suisque subditis pacem fecit.

Ut homines imperare sciunt, sic subditos habent obedientes.

Mihi sapius huius deae quam Fortunam

dicimus, acta considerati, aliorum quaedam cogitatio nata est, ut illam non caecam (sicut poetae finxerunt) esse censeam, sed admodum oculatam. Nam quod aiunt eam iniquam rerum huius seculi dispensatricem, non uideo uerum esse, Dicunt ei industrios homines paupertate grauari, ignaros autem fortunae beneficio maximas opes possidere, Sed mihi non sic uidetur, Fortuna enim non est ignara conditionis humanae. Quos uidet aptos modico uiuere, non curat in eos multa congerere, quia non indigent. At ignaui nisi pecuniis abundant, despectui sunt, abiecti, miseri, quibus cur uituperetur fortuna subsidia praebes, haud scio. 82.

Sint contenti docti uiri si absque magnis opibus magna scientia sint adepti. Namque si ex duobus alterum duntaxat habendum sit, nemo sapiens doctrinae diuitias anteponet.

Nemo sua sorte contentus est, nisi qui Deo se dedit & in illo iactauit cogitatus suos. Qui mundo seruiunt, quanti suis diuitijs, honoribus potentisque fruuntur, semper tamen pauperes sunt, anxii, timidi, miserisque infinitis expositi.

Nulus hominum status firmus est, nemo sibi castinum repromittere potest. Quid nos mortem accusamus, quae nos mille pericula subdituro liberat? Longa dies longas miseras parit.

Viri est ita rationes suas instituire, ut nihil noui possit accidere. Animaduertenda sunt omnia futura & praeparandus est animus ad ea ferenda si accedant mala. Nam quae praeuisa sunt minus feriunt iacula. 83.

Magna est mulierum instabilitas, quarum uoluntas in horas mutatur, Nihil incertius animo foemineo. Nullus amor foeminae diu durat. Fallax animal est mulier, uariis, crudele, absque fide, plenum dolis. Verum cum omnibus infideles sunt foeminae, senibus quidem infidelissimae sunt.

Nihil est tam acerbum quod tempus non minuatur.

Qui nimium tristatur ob res perditas, se ipsum cruciat, nec tamen quod amisit recipiat, & ut rustici dicunt, Centum librae moestitiae unciam debiti non exoluunt.

Quis non potius indignam laudem sui quam indignum uituperium ferat? ea tamen laus dulcissima est, quae a laudato uiro procedit. 84.

Sumus omnes cupidi laudis, & ut Cicero

Gnomologiae.

ait, optimus quisque cupiditate gloriae tangitur.

Virtus est huiusmodi ut & quos nunquam uideamus, amare nos faciat, uirtus namque sui natura amabilis est, uitium uero odibile.

Inter amicos prohibita est uerbositas. 85.

Non semper ut uolumus, sed ut possumus uiuendum est, cooptanda est temporis uita nostra. 86.

Quibusdam mentiri utile est, dum se sic exaltant. Florentinorum prouerbum est, dum bella uigent, utendum est mendacibus.

Omnes pusillanimes, uitiosi, perfidi, scelesti, qui mendacio se potius quam ueritate defendunt.

Abiectae conditionis est homo, qui ne quid dignitatis uel fortunae amittat, ad mendacia confugit. Vir fortis & bonus nunquam timet dicere faterique uerum.

Humanus animus semper est nouitatum cupidus. 87.

Qui sapit nec nimis timet hostem, nec contemnit nimis. 87.

Quis est obsecro qui misere uiuit, nisi qui peccatis est deditus. 88.

Sive sponte sive inuite, moriendum est tamen, Nec nos mors praeteribit, quae prius Reges atque Caesares non praeteriit, quae nec ipsi creatori omnium Deo, postquam humanitatem induit, parcere uoluit.

Omnia nata occidunt & orta senescunt, stat sua cuique dies breue & irrecuperabile tempus. Nemo natus est cui non sit moriendum, Nos igitur ad hanc accingamus mortem, ut cum uenerit tanto minus acerba sit, quanto magis praecogitata.

Mors quidem non mala est, sed finis potius terribilis carceris huius, qui bene moriuntur.

Parendum est principibus, aut cedendum curiae. Nemo ut uult apud principes uiuit. Mancipia sumus & fortassis iumenta, qui alienum panem mordemus. 89.

Uiuit omnes infeliciter qui orbem incolunt, nullius tamen uita est miserior, quam eorum qui ad alienum comedunt appetitum, ad alienam sitim bibunt, & ad alienum somnum dormiunt.

Non ut pecuniae sic & scientiae conseruatorix est auaritia, sed qui literas suas magis abscondit, is eas magis adnihilat. 90.

Habet magnam uiam ad retinendos ho-

mines natale solum, quin & mollius & suauius iacere hominum corpora post mortem arbitramur in humo natua, quam in aliena.

Humanum est hominem homini auxilio esse.

Beati sunt qui uitam ab negocijs procul publicis degunt, sicut praesca gens mortalium consueuit. Quis enim non felicem illum dicat, qui nullo foenore, aut aere alieno obligatus, paterna rura suis bobus exercet?

Quid melius quam nuptias coniungere ex quibus soboles fiunt & repletur liberis ciuitates. 92.

Non solet alicuius operatio uirtutis poenitentiam habere, qui uirtuose agit laetus est, dolet qui crimen commisit.

Non quid homo faciat, sed quomodo faciat querendum est, & in omnibus rebus finis est expectandus.

Appropinquat indies hominibus mortis dies, cogitandum est iam non quomodo uiuamus, sed quomodo moriamur.

Turpe est in paruis succumbere, qui in magnis uictor fuit.

Vna muliere relicta, amare aliam nihil aliud est quam ex igne saltare in ignem, quae breuis est uoluptas, quae cum mulieribus hauritur, quam momentaneum gaudium quod perpetuis doloribus diuina ultione punitur.

Peccant grauiter qui ad iocunditatem magis quam ad necessitatem uinum bibunt.

Omnes cum bene ualemus, ut ait Comicus, recta consilia agrotis damus.

Cogitant ac consultant homines, Deus autem disponit.

Satis tuta est innocentia. 91.

Homine imperito (ut inquit Comicus) nihil quicquam iniustius est, qui nihil rectum putat, nisi quod ipse facit.

Veteres amici semper nouis sunt praeposendi. 96.

Varia est amicitia, quam motus facit non amor.

Non certa annorum ratio, sed uix aetas hominis satis amicitiam bonorum comprobat. 97.

Plures sunt amici qui nobis ab initio placidi & humiles uidentur, sed hi successu temporis quales sunt apparent satis. Possunt enim aliqui naturae uitia ad tempus tegere, in perpetuum tegere non possunt, necesse est enim ut sese aliquando quales

Aeneae Sylui

sint demonstrent, quod cum fit, soluitur amicitia, quia perditum est quod amabatur.

Morum diuersitas omnem dissoluit amicitiam

Non digna est laus quae ab homine rei imperito uenit.

Beneuolentiae uinculum non est rum- pendum, sed soluendum.

Vir non sunt, nec etiam homines, sed atroces immanesque ferre, qui non his semper afficiuntur, a quibus aliquid beneficii acceperunt. 98.

Nemo est tam pauper, ut benefactori suo gratus esse non possit, quia nec auro, nec argento ceterisque rebus preciosis gratitudo praestatur, sed animo. Animus autem tam medico quam opulento bonus esse potest.

Humana res est peccare. angelica emendare, diabolica perseverare. 99.

Amicitia uera magis praesenti quam absentis fauet, Et qui amicus est etiam mortuum diligit, non corpus amici, non res, non famam laedi patitur. 100.

Ea est uirtutis uis, ut quos nunc quam uideamus homines, amare nos urgeat. 101.

Bellifinis non rapina uel gloria, sed quies esse debet.

Diuitiae cum corpore simul perduntur, fama autem comes est animae & post obitum durat, quam qui negligit crudelis est.

Beneficio facilius quam gladio uincitur inimicus. Non sunt iniuriae adiungendae iniuriis, neque mala malis cumulanda, sed purganda primum contumacia est, post data resarcienda, exinde subiungenda beneficia. Qui hoc egerit, is non solum inimi cum sibi placabit, sed reconciliabit incorporabitque sibi, & socium ex aduersario, amicum ex inimico, & fratrem ex hoste faciet.

Prudentia bonum a malo discernit. 104.

Prudentia est amor eorum quibus adiuuatur in Deum. ab his quibus impeditur sagaciter eligens. Aut est rerum bonarum malarumque cum alterum dilectione & reliquarum detestatione scientia.

Scientia est cognitio rerum mortua quae uoluntatem mutare non potest, uel ut bonum cognitum amplectatur, uel malum fugiat.

Prudentia radius unus est, a uero sole procedens, quae non illuminat intellectum, sed etiam calefacit affectum.

Virtus est aequalitas quaedam, ut Augustinus ait, uita, undique consonans rationi.

Prudens est, qui scit, uult, & agit quae bona sunt.

Prudentes nunquam errant, sed semper quae bona sunt agunt.

Virtus hominibus est amplectenda quae cum naufragio simul enatat.

Nobilitas sola est aequae unica uirtus, Ex Iuuenale.

Malum dici non potest quo possumus uti bene.

Non imitandi sunt illi qui in poetarum lectione ex floribus nihil sumunt praeter odorem atque colorem, sed apes imitari decet, qui ex amarissimis etiam flosculis mel dulcissimum excerpunt.

Honos, ut Tullius praclare ait, alit artes, omnesque incedimur ad studia, gloriae, Vbi uero deest honor et ibi studium deficit.

Omne genus adulatorum fugiendum est quasi pestis deterrima. Nam hoc genus hominum pessimum est, quod principes maxime derigit & praecipitat, timendum non solum adolescentiae, sed etiam senectuti. 105.

E uditio amplissima est suppellex & haec reditas principatu melior, opes & potentatus & huius honores seculi bona fortunae sunt, Fluxa, mutabilia, caduca, quae ut fortuna uult huc atque illuc ferantur, Illa enim mortale genus quasi in ludo habet, & hunc deprimit hominem, illum extollit. Nec enim magnum ex figulo regem, & rursus ex rege figulum facere. At animi bona quae sunt, continentia, castitas, fortitudo, iustitia, moderatio, intellectus, ingenium, memoria &c. stabili quodam nexu adhaerent homini, nec auferri a nobis nisi cum uita possunt, haec uere nostra sunt bona, haec dum luce inter mortales fruimur, uitam praestant suauiore, postquam migramus ex hoc seculo, spem dant felicitatis aeternae.

Omnis bene uiuendi ratio ac norma literarum studio continetur, ideoque illas nosse quam plurimum expedit.

Principem non splendor suae fortunae, non uestes aureae, aut ornatus crinium & equorum pompa honestabit ita, quantum ipsarum decor literarum & fama uirtutum, quorum facies si uideri (ut Aristoteles ait) possent, pulchrior esset quam lucifer aut hesperus.

Conuenit quid ferre recusent, & quid ualeant humeri quilibet meditari, cum aliquid est gerendum.

Quod

Gnomologiae.

Quod Bias ait, Magistratus uirum ostendit, nos rectissime de principatu dicemus, in quo qui moderationem seruat, Dijs est quam hominibus similior.

Non arduum est in paupertate seruare continentiam, sed ut Martialis ait, difficile est opibus non tradere mores.

Aut maturum esse principem oportet, & suo consilio fretum, aut adeo rudem ut in modum trunci nihil per se disponat, sed quod maior pars suadet executioni mandetur. Nam qui peritus est rerum, minus tamen quam satis est, periculosus est reipublicae & imperia saepe subuertit, cum non ad rationem, sed ad libidinem regit.

Principatus est irritamentum quoddam uitiorum, unde pauci reperiuntur qui non aberrent cum frenis omnibus sint soluti.

Admonendi sunt principes antequam praesint & dominantur, ut uires suas rigide metantur, ne sub pondere ruant, quoniam onus est non uoluptas alijs imperare.

Amor nihil aliud est nisi magna quaedam mentis uis, blandusque animi calor in uentem, gigniturque luxu, otio & inter laeta fortunae bona nutritur. Hic mentem hominis eripit, iudicium omne peruertit, sensum hebetat, animumque totum extinguit. 106.

Putat Comicus morbum esse insanum amorem, nec quidem male, nam & apud Macrobius luxuriam quae uel mater amoris est, uel filia, terribissimi morbi parte Hippocrates esse dicit.

Insani amoris morbus plerumque iuuenes aggreditur, sed nihilominus tamen uiros senesque uexat, tantoque periculosior & risu dignior est, quanto persona quae capta est, aetate aut scientia censetur praestantior.

Forma hominis elegantissima fugax est, ut Tragoedus ait, et quae mulier hodie formosa est, in crastinum erit deformosissima, insani igitur sunt qui forma mulierum capti, bona perpetua & immutabilia pro caducis mutabilibusque permutant.

Nihil forma mulieris est, nisi moribus adiuta. Castitas est quae foeminam laudat, non forma, quae uti flos agri decedit.

Nihil formosius est uirtute atque honestate, etenim nec lucifer, nec hesperus tam decorus est quam ipsa facies honestatis

quam qui relinquit delirus est & amens.

Mulier inhonesta quid aliud est nisi uentutis expilatrix, uirorum rapina, senum mors, patrimonij deuoratrix, honoris perniciosa, pabulum diabolice ianua mortis, inferni supplementum.

Nemo credat se tam fortem esse uirum, qui illud a mulieribus non possit, Non enim est in muliere ulla stabilitas, quae nunc te amat, cras alium amabit, ueniente nouo proco, nouisque precibus uel muneribus repudiabit primum amatorem.

Mulier est animal imperfectum, uariū, fallax, multis morbis passionibusque subiectum, sine fide, sine timore, sine constantia, sine pietate ulla, de his autem loquor quae turpes admittunt amatores. Nunquam stabiles sunt, namque ut semel a recto tramite recesserunt iam se liberis arbitrat, ut quocumque uelint uagentur, nec amplius uel mariti, uel amici timorem habent.

Iniquus plane homo est, qui in re parum honesta admonitus, non quiescit, qui punitus non emendatur, qui correctus non efficitur melior.

Quid in uisu est tam pulchri, ut non inuenias aliquid pulchrius, uera pulchritudo ad cuius contemplationem nati sumus, in caelo est cui nulla potest res mundana comparari, In illa omnis perfectio est, mundana semper diminuta sunt, Illa perpetua, haec caduca, illa fixa, haec fluxa, formam hominis febricula eripiet, senectus aut alius uitae casus &c.

Omnis sermo mulieris de re uana leuicque est, in quo qui oblectatur, & ipsum leuicque esse oportet.

Expende quicquid in turpi amore est dulcedinis, rursumque tedia ueramque illius sententiam dices, qui parum mellis in multo fellemersum inquit amorem esse.

Cogita dies tuos assidue fieri breuiiores, instareque semper ultimum.

Qui nocere uult, eos fugitat qui possunt abistere. 107.

Vna dies saepe numero res contrarias nobis adfert, nunc tristitia, nunc laeta, unde uerum esse apparet quod dici solet: Multa dies uariisque labor mutabilis aui. Retulit in melius nemo diem laudet aut damnet, nisi adueniente sero.

B 3 Fortu

Aeneæ Sylui

Fortuna est honorum ac diuitiarum dispensatrix. 108.

Securius est mortuos, quam uiuentes carpere.

Homines in mundum non ad opes possidendas aut perfruendas delicias, sed ad labores nascuntur, uiuere in terris non tanquam incolæ, sed ut aduenæ peregrinorum debent, futuram patriam per opera uirtutis inquirere.

Si sanementis essemus homines, odium potius quam fauorem appetere fortunæ, cuius blanditiæ maximum præstant impedimentum ad æternæ uitæ consecutionem.

Omnia tempus domat, nec ulli fortuna perpetuo bona est. 108.

Fortunæ fauor ullis alijs artibus acquiri potest quam solius importunitatis remedio, retinetur ab ijs qui eius imperium maiori sustinent animo, & ut à sapientibus illa spernit, ita pusillanimes omnes habet odio.

Honores ac diuitiæ etsi desint hominibus non tamen desperandum est. Nec enim ista sunt quibus uera felicitas acquiritur, Virtus sola præbet ad cœli aditum, quod si eo anhelamus hæc scala nobis astruenda est, Breue est quo in terris uiuimus tempus, in quacunque fortunæ labantis fastigio positi sumus. 109.

Frustra homines prosequuntur lachrymis, quod amissum recuperari non potest, quæ uentura omnino mors est, incassum timetur. 110.

Lex naturæ est certa atque inuitabilis, mori omnes qui nati sunt.

Tria sunt omnibus hominibus consignata loca, unum patriæ, alterum peregrinationis, exilij tertium. Patria cœlum est, Peregrinationem in terris agimus, Exilium quia duplex est, alterum perpetuum, temporaneum alterum, hoc purgatorio, illud inferno cedit.

Insulsi est animi manentem in terris exquirere ciuitatem.

Vita breuis est homini, quasi somnium fugax. Nulli crastina dies certa est, nihil enim nisi uentus & umbra sumus.

Inuidere est non amare, si hominem in terris potius uiuentem quam in cœlo regnarem cupimus.

In omnibus quæ agimus, quæque optamus, nullum est consilium sanius quam Dei ordinationi beneplacitoque acquiescere.

Editæ leges sunt & ante hominum oculos

positæ tanquam cancelli quidam, ultra quas transgredi nullus audeat. Legibus tamem nemo perfectus fiet, nisi Philosophiæ studijs incubuerit, non enim omnem casum complecti leges possunt, Ideo princeps moderator est legis, *ἐπιένει* habet, ut duram mollificet, laxam uero sanctionem restringat. Quod nunquam princeps ager, nisi magistræ uitæ, expultricem uitiorum Philosophiam secutus fuerit. 111.

Sultum est desiderare quod assequi ne queas.

Nemo fortitius est omnia inter mortales. 112.

Qui nunquam sensit anterioris ignem, aut lapis est, aut bestia.

Humiles tantum gazas inhabitat castitas, solacium pauperies affectu sano tenetur, & quæ domo se cohæret modico, diuites ædes nescit pudicitia. Quisquis secundis rebus exultat, luxu fluit, semperque insolita appetit, delicatas eligit domos & poenantes magnos, diræ fortunæ comes libido.

Non agre amor pellit, qui primis obstat insulsiuibus. Qui dulce malum blandimento nutrit, duri & insolentis domini seruituti se dat, nec cum uult excutere iugum potest.

Nullus dilatare potest amor.

Quid sit amoris imperium nosti, longi luctus, breues risus, parua gaudia, magni metus. Semper moritur & nunquam mortuus est qui amat.

Non bene conueniunt, nec in una sede morantur maiestas & amor.

Pudicitia amissa nihil est quod foeminam commendat. Forma quidem delectabile bonum est, sed fragile atque caducum, cui nisi pudor adsit, nihil precij dandum, ea uero quæ pudicitiam formæ adiunxerit diuina plane est.

Foemina incensa libidine, ubi furere incipit, sola potest morte assequi terminum. Non amant, sed insanunt mulieres, & nisi correspondeat amor, nihil est amante foemina terribilius. Postquam receptus est ignis neque famam curant, nec uitam, unicum remedium est, si copia sit amati.

Facile est foemellam decipere, sed quanto facilius, tanto turpius.

Omnium rerum inspicendus est finis. Sunt ferè huiusmodi mulieres omnes,

ut id

Gnomologia.

ut id potissime cupiant, quod maxime denegatur, quæ ubi uelis noluit, ubi nolis cupiunt ultro hæc si liberas habent habenas interdum minus delinquant. Exinde tam facile est inuitam custodire mulierem, quam in feruenti sole pulicum gregem obseruasse, nisi suapte casta sit mulier, frustra maritus nititur ponere seram.

Indomitum est animal mulier, nullisque frenis retinendum.

Primus sapientiæ gradus est non amare, Secundus ut sic ames ne palam fiat.

O insensatum pectus amantis, O mentem cæcæ, o animum audacem, corque in trepidum, quid est tam nimium, quod amator non paruum uideatur? Quid tam arduum quod planum non æstimet? quod tam clausum quod non sit apertum? inanis apud eos est omnis custodia, nullæ eas leges tenent, nulli metus, nulli pudori obnoxij sunt &c.

Amoris gaudia magni emittunt, cuius tamen uoluptas breuis est dolores longissimi.

Nemo tam oculatus est ut falli non possit. Plus fortuna quam ingenio sumus felices.

Foemina animal est indomitum, insiduum, mutabile, crudele, mille passionibus delectum.

Dicunt quidam nihil esse quod in sapiente queat fortuna, hoc ego his sapientibus concedo qui sola uirtute gaudent, qui & pauperes et ægroti, et in equo Phalaris clusi uitam se credant possidere beatam, qualem nullam adhuc uidi, uel fuisse putarim, communi uita hominum, uita fauoris fortunæ indiget, hæc quæ uult eleuat, & quos uult deprimit.

Non facile custoditur quod à pluribus amatur uel impugnatur.

Quid stultius est quam uiuere pauperem, ut locuples moriaris.

Magna est mulierum instabilitas, quibus tot sunt uoluntates, quod sunt in arboribus frondes.

Incensi pectoris & amoris imbibiti ea natura est, ut si quis prohibeat, magis ardeat, nulla re magis curatur hæc pestis, quam delecti copia.

Nihil consultius est postquam amor ostibus hæsit, quam furori cedere. Nam quod aduersus tempestatem nititur sæpe naufragium facit, & qui obtemperat procellæ superatur.

Quis est qui fatis resistere possit?

Non augetur, sed minuenda sunt mala, & ex duobus bonis melius est eligendum aut ex malo & bono quod sit bonum, sed ex malis duobus quod minus oblit.

In nobilitate multi sunt gradus, & sane si cuiuslibet originem quæras, aut nullas nobilitates inuenies, aut admodum paucas, quæ sceleratum non habuerunt ortum. Cum enim hos nobiles esse uideamus, quod diuitijs abundant, diuitiæ uero raro uirtutis sint comites, quis non uidet ortum esse nobilitatis degenerem? Hunc usuræ ditant, illi spolia, proditiones alij. Hic ueneficijs ditatus est, ille adulatorem. huic adulteria lucrum præbet, Nonnullis mædacia profunt, quidam faciunt ex coniugio quæstum, quidam ex natis, plerumque homicidia iuuant.

Rarus est qui iuste diuitias congreget. Nemo factum amplius facit nisi qui omnes metit herbas, congregant homines diuitias multas, nec unde ueniant quærunt. Omnibus is uersus placet: Unde has habeas quærat nemo, sed oportet habere.

Nobilitas diuitijs iniquis quæsitâ nihil aliud esse, quam præmium iniquitatis.

Mea sententia nemo nobilis est, nisi uirtutis amator. Non miror aureas uestes, equos, canes, ordinem famulorum, lauras menses, marmoreas ædes, uillas, prædia, piscinas, iurisdictiones, syluas. Nam hæc omnia stultus assequi potest, quem si quis nobilem dixerit, stulto non est prudentior.

Heu amor infelix, quam plus fellis quam mellis habes, Non tam absinthium est amarum quam tu.

Si quis in obitu quantus sit dolor ignorat, duorum amantium separationem consideret, quamuis maior hic anxietas inest, & cruciatu ingentior. Dolet animus in morte, quæ corpus relinquit amatum, corpus absente spiritu nec dolet, nec sentit. At cum duo inuicem conglutinati per amorem unius sunt animi, tanto poeniosior est separatio quanto sensibilior est utriusque dilectio.

Amatorum poculum longe plus aloës habet quam mellis.

Qui uiuendo moriturum se continuo meditatur, is proculdubio & uitam ducit meliorem, & cum dies obitus adest minus angitur. Quia pueri iacula (sicut Gregorius inquit) minus nocent, & facile continentur huius

Aeneae Sylui

huius mundi blanditias, & inquinamenta refugit, qui semper cogitat se moriturum. 115.

Quamuis naturale & comune sit omnibus mori, neque uitari necessitas mortis queat, humanum tamen est dolere & contristari amicos ex amicorum morte. 119.

Nusquam mala mors inuenitur, ubi bona uita praecessit.

In ferris nihil est solidum, nihil perpetuo bonum, omnia senescunt, omnia occidunt, ac ad suum properant finem.

Sunt scientiae sicut & lumina, qui de suo lumine lumen accendit, sed sibi retinet lucem & accipienti tenebras aufert. 120.

Quaecumque possidemus uiuentes, haeres nobis morientibus uel inuitis aufert, sola fugiunt haereditas manus, avarique amico dispensantur animo. Reclusos in arca thesauros fures expilant, praedia latronibus patient. Nihil tam rigide seruari potest, quod fortunae subiaceat. Extra fortunam autem est quicquid donatur amicis, quas dederas semper habebis opes. 121.

In animo quisque suo benefactor praemium tulit.

Verissimum est illud Horatii: Virtute incolumem odimus, sublatam ex oculis quaerimus inuidi.

Nemo laeditur nisi a seipso. 124.

Nullus est tam gratus locus, nulla societas tam locuta, cuius non aliquando emergat facietas. 125.

Nobilis animus & mens alto sanguine nata, non potest non alta meditari. Nihil turpe ferre potest generosus spiritus. 127.

Nulla persona adeo tenuis est, per cuius manus nequeat, si uelit diuina maiestas res maximas conficere.

Nihil est repertori & rectori orbis factu difficile, uelle illi & posse unum est, qui aliquid quando infima mundi eligit, ut fortia quaeque confundat.

Priusquam incipias negotium, consulta, & ubi consulueris mature factum opus est. 131.

Omnis populus omnisque senatus cui de bello gerendo consultatio est, tria diligenter, rigide & presse discutere debent, an bellum sit iustum, an utile, an facile.

Turpe est, ut Scipionis prouerbum fuit, postquam erratum est, dicere non potest.

Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisque gloria ducitur, sed quae laus diuturna esse potest, nisi literis consecratur. Breuissima est fama quae humanae uitae spatium terminatur. Viuunt nomine perenni, quos literae infertos habent.

Quanto quisque aut industrius est, aut fortior animosiorque, tanto fauere ingenijs ac literis magis debet, haec enim sunt quae homines uirtutis praestantes, quamuis iam dudum mortuos, memoriae hominum quasi uiuentes exhibent.

Demosthenes summus Orator, cum ex eo quaereretur, cuius uocem libentissime audiret, a quo summa uirtus, inquit, optime laudatur, quo dicto nimirum humanitatis & eloquentiae, studia magnopere commendauit.

Fortitudo (ut uerissime Ambrosius in officijs ait) quae bello tuetur a Barbaris patriam, uel domi defendit infirmos, uel a latronibus socios, plena est iustitia.

Quid est pietas, nisi uoluntas grata erga parentes? Qui sunt qui liberi animo pro patria pugnant, nisi qui patriae beneficia meruerunt? Qui sunt qui fidem erga principes inuiolatam custodiunt, nisi qui eos in se beneficos recordantur? Qui sunt qui praecipuos honorant, nisi qui se doctrinam ab his accepisse non sunt oblitii? Qui sunt qui amicos omnistudio prosequuntur, nisi qui fructum amicitiae tenaci memoria tenent? Quod si erga patriam igitur, erga parentes, principes, praecipuos & amicos grati esse debemus, quanto magis erga Deum nostrum? qui cum nihil essemus, non inesse produxit, neque lapides aut arbores, aut equos, sed homines rationis participes nos creauit, nolans ingenium, sermonem uirtutem, uires corporis atque animae dedit, & cum primi parentis culpa in ferri mancipium facti essemus, ut nos redimeret de caelo descendit, formam serui accepit, ac crudelissimo mortis genere aeterna nos morte liberauit, &c.

Pusillus est animi lucris inhare terrenis. Mens generosa & alta caelestes aspirat in thesauros. Breuis est uita hominis super terram. Fugiunt anni nostrilicium, uitae nostrae sunt araneorum tela, quae cito dirumpuntur. Curriculum uiae nostrae incertum est, peregrini ambulamus in hoc mundo ac igno-

Gnomologiae.

ac ignoramus quid serus uesper uehat.

Qui praedium sine certa praerogatiua committit, simile est ei qui hamo piscatur aureo, facile namque plus amittere quam lucrari potest.

Ego non cum illis sentio, qui post hanc uitam extingui animas putant, ac propterea mortem timendam negant in qua nihil sit mali, mortemque dicunt esse totum quod ante nos fuit, & quod nobis desinentibus est futurum. Nam quid homini molestius dici potest, quam eum ita desinere morientem, ut nihil omnino post mortem sentiat? Sicque uelut extincta lucerna quae neque priusquam accenderetur, lumen habuit, neque cum extincta est habet. 145.

Omnia per aetatem labuntur, animus fit quoque tempore debilius. Iuuenescunt tamen in filiis quodammodo & renascuntur homines, quando paternos habitus sepe liberi referunt. 160.

Multa tollerare oportet homines, communi quoque alterutrum conuenit. Cuique suum uitium est, uiuendum sine socio fuerit: qui uitium habenti noluerint conuersari. Neque corpora sine macula, neque animi sine menda reperiri facile possunt.

Victoria sui natura insolens est etiam si ad mites uenerit feroces eos impudenterque facit. Quid cum his agat, qui suo opte ingenio soliti sunt scire? 163.

Neque res est in bello quae negligi debeat uel differri, occurrere oportet priusquam uulnus altius infigatur, aut ueneni labe in corda decedat.

Tanta est hominum calamitas, ut uitam quam uiuunt diuque uixerunt, etsi malam sciunt, mutare tamen aut nequeant, aut nesciant. 166.

Nulla est ratio prior quam ambitio, quae tanquam amula charitatis omnia fert onera quamuis grauissima, ut honoribus seculi ac popularibus laudibus efferatur.

Expendat prius seipsum qui se dicere uult regibus, an tollerare labores, famam persequi, si iam sufferre, contumeliasque possit sustinere. Deinde prospiciat diligenter utrum ex curia consequi possit, quod suus desiderat animus.

Sulti sunt qui non coacte principibus seruiunt, ut stulti sunt qui quaerunt quod

inuenire nequeunt, qui quaerunt quod non cet inuentum, & qui sine proposito ad quem tendit, cum plures habeat colles, deteriorum deligit & periculosiorem.

Dantur honores in curijs non secundum mores atque uirtutes, sed ut quisque ditior atque potentior, eo magis honoratur.

Vera gloria est illustris ac peruagata multorum ac magnorum, uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum, quam nec principes assequuntur, nec qui seruiunt eis, cum uicij omnes sint fere dediti, nec bonum aliquid agant nisi fortuito.

Vulgi laudes uir prudens pro nihilo reputabit, quia nulla est uera laus, nisi a ueris proueniat laudatis.

Inexplebilis est omnis humanae gloriae appetitus, cui postquam te dederis semper illud Ciceronis in ore habebis. Quicquid est enim quamuis amplum sit, id certe parum est, cum est aliquid amplius.

Optime tradiderunt Philosophi, in honoribus non esse finem ponendum, quia & res incerta est, & in potestate alterius, & qui seruit honori, & huius seculi fama; necesse est ut multa faciat inuitus. & interdum plus hominibus quam Deo seruire cogitur.

Duo cum sint honores, alter uirorum bonorum, alter multitudinis, stultus est qui primum apud Regem uenatur, quia inueniti uerus honor non potest ubi uirtutes non regnant. Qui uero alterum, multo stultior est, quia & rem perniciosam sequitur, & uitiosam, instabilem & incertam.

Nulla est apud principes diuturna potentas, nulliusque status debilius, nullius incertior, nullius infirmior quam eius qui apud principem uidetur esse potentior. Sunt amuli, similitudines, & odia omniumque potentia magna inuidiae subiecta est.

Ut oculus parua festuca turbatur, sic principum gratia offensus uincula uel minima cadit. Interdum etiam nullo crimine perditur, tantum apud principes subdola lingua potest.

Pauci apud Reges perpetuo sunt potentes, saepe qui heri placuit, hodie displicet, nullum est in atrijs principum maius studium, quam

Aeneae Sylui

quam ut alios de gradu precipitent, & se erigant, potentatum quilibet appetit. Nulla inter curiales habitat fides, non frater à fratre tutus inuenitur, nec patri filio fidus est, nec filius patrē seruat, quilibet sibi studet. Si quis potens est, mille circa se oculos habet, & totidē linguas ad ruinā eius aspirantes.

Ruunt turres quae iuxta flumen sitae perpetuum in se aquae cursum recipientes. Quid tu facias qui uersans in aula ex unius uoluntate depēdes: in cuius amore nec ferro, nec plumbo, sed caera fixus teneris, quem in frigiditatus amor, excutiet, uel irae feruor eliquabit.

Diuitiae aliqua ex parte ad felicitatem hominis prosunt, quia non facile emergūt (ut ille ait) quorum uirtutibus obstat, res angusta domi.

Sunt qui se posse putant diuitias cumulare principibus seruientes, at hi ut diuitias comparent, libertatē uendunt, nec tamen diuitias assequuntur, nam quāto magis à principibus accipiunt, tanto magis seruire tenentur.

Si in curia pseueraueris oportet ad quae uis imperia regis esse paratum, & mille capitū adire pericula, iustum & iniustū exequi mandatum, ridere & flere cum rege, laudare quem laudat, uituperare quem uituperat. Quid igitur stultius est quā diuitias per tot tormēta cogere, cum sit manifesta Phrenesis, teste Satyriceo, ut locuples moriatis egenti uiuere fato.

Non seruitia in curijs principum, sed personae ponderantur, Nam & paruos parua decet, & magnos munera magna.

Solēt principes sic nonnullis largiri multa, sicut & nos suos pascimus, ut eos postquam impinguati sunt deuoremus.

Vix ullum inuenitur hodie regnum, quod non sit partum uel continuatum fraude.

Non impletur avarus pecunia, & avaro tam deest quod habet, quā quod non habet.

Cum dicitur uia sint quibus humana uita continetur, altera uirtutum, altera uoluptatum, illa quidem semper est deserta, inculta & interclusa frondibus & uirgultis, haec autem omni tempore hominum frequentia teritur, nec quisquam est qui uo-

luptati non assequatur.

Cicero in diuinationum libris, si quae rarissima sunt monstra putanda sunt, inquit, magis monstrum erit igitur in principis curia, uir reuera bonus, quā partus multae.

Verum est quod Terentius ait, ad peiorem plerumque partem animum hominis applicari, si quis ad eam rem magistrū fortitius sit improbum, si natura iubet, uelocius & citius eos corrumpunt exempla mala, cum animum magnis autoribus subeunt.

Sua quemque fraus, & suus terror maxime uexat, suū quemque scelus agitat, amicitiaeque afficit, male cogitationes conscientiaeque animi terrent. Haec sunt impijs assidua domesticaeque furia, quae dies noctesque poenas parentum à consceleratis filijs reputant.

Nullum inter res mundanas maius munus est hominibus, à Deo concessum, quā amicitia, At hoc bono tam suauis, tam utili, tam necessario, privati sunt curiales omnes, quia plerique uitiosissimi sunt & tales inter quos amicitia esse non potest, sed factio quaedam & conspiratio.

In aulico nulla uirtus est, quā non mille uicia comitentur.

Arduum est in hac hominum colluuiē uitam amicitia dignum reperire, quod si quis inuentus fuerit bonus, uel regi non placebit, uel magnatibus.

Iusti per multas tribulationes, docente scriptura, intrant in gloriam Dei, Curiales uero cum multis cruciatibus acquirunt sibi gehennam.

Si pacem cupimus, si otium honestum diligimus, si nobis ipsis uiuere bene uolumus, si salutem animae quaerimus, fugienda sunt nobis atria regnū & aulici tumultus, in quibus nec requies, nec bonarum artium exercitatio, nec uirtutis amor aliquis regnat, sed avaritia tantum, libido, crudelitas, crapula, inuidia & ambitio domi natur &c.

Iubet lex amicitiae omnia inter amicos esse communia, siue modesta, siue iocunda quae contigerunt. 167.

Dies hominibus omnem admittit aegritudinem. 174.

Hieronymi uetus admodum sententia est proba

Gnomologiae.

probatissima, literarum inter ceteras hanc esse utilitatem, ut absentes praesentes faciunt. Praclare quidem, Nam ad absentes his loquimur, uideamus transmarinos, animique nostri cogitatio sine uoce, notarum picturis atque lineamentis denunciatur, quo certe utilius quicquam, aut humano generi antiquius non facile inuestigari possit. 179.

Nihil preciosius tempore, quod nec auro, nec ulla potentia redimi potest elapsum, solusque sapiens eo scit uti & in suam redigere potentiam, & efficere quaecumque magna etiam atque etiam cum uulgo seu indoctis ociosus apparet. 180.

Benefacta male locata Cicerone probante, malefacta arbitrantur.

Iusti principis est uerbum tenere suum, ut scriptum est: Verbum Regis, uerbum ueritatis, subditos regere, confouere, ac tueri ueluti bonus pater familias, uectigaliaque eo ordine dispensare, ne cogatur iniicere manus in aliena.

Impossibile est, aut certe non facile, praecleara ab eo agi cui desunt facultates.

Non dubium est quin magno sint adiumento diuitiae in gerendis grauius rebus ei qui liberaliter & probe sciuerit uti, suisque locis & temporibus exinde dispensare.

Nulla consilia hominum sunt certa, nullae cogitationes ratae. 188.

Nulla ciuitas tam opulenta est, quae non exhauriatur, & exinanitur bello. Nemo tam robustus est quem non atterat continua febricula, Nulla quidem tempestas est quam non sequatur tranquillitas, multi tamen pereunt, priusquam positis uentis sternatur aequor.

Verissimum est hoc Sigismundi imperatoris dictum, pecunias & gratuitum mutuum multos immeritos facere. 188.

Omnis beneuolentia est suspecta potentibus.

Quis amicus est, & amici gloriam non expetit?

Vix quisquam reperitur, qui non morbo succubat, doloribusque uincatur, Multi tamen sunt, qui dum optime ualent, recta consilia aegrotis praebent, ac ipsi si doleant, mente excidant.

A natura ita comparatum est, ut uerbis

quam multi philosophentur, re ipsa admodum pauci.

Nihil habet certi, qui sunt in aliena potestate, quae nos ipsi possumus, nutui nostro nunquam desunt.

Optimus hic proculdubio & certissimus in omni aegritudine medicus est, qui non corporis tantum, sed mentis morbos expellit.

Fortuna nullum quemque extollit, de quo reuerti potestatem sibi non reseruet. Hac conditione ascendimus ad altiora omnes, ut cum illa uelit est uestigio descendamus.

Omnia sunt caduca sub Luna, & quanto altius extollimur, tanto periculosius cadimus.

Volubilis rota fortunae est, nemo illi clauus affixit.

Inconstans & infidelis hora fortuna, nulli perpetuo bona est.

Quaerenda pecuniae nullus est finis apud omnes qui uiuunt, & crescit amor numeri quantum ipsa pecunia crescit.

Si uolumus esse diuites, non pecuniae adiacendum est, sed cupiditati detrahendum.

Fumus ac uentus est quod cum fortuna non cum uirtute decurrit.

Quid est Romana curia his qui summam tenent, nisi turpissimum pelagus, uentis undique durissimisque tempestatibus agitatur? Auaritiae ibi atque inuidiae procella uix quaequam intactum praeterit, laudant in facie, à tergo uero Ciconia pinxit.

In hac uita nemo mortalium felix. Bene atque indulgenter cum eo agitur, qui uere dici non infelix potest. Nam quotus est cuius non plura mala quā bona inueniatur? cuius laetitiam non superauerit moeror? Ne mo felicitate omnibus horis uiuit. Quam multos afflixere imperia? quam multos perdidere diuitiae? & ultimis iniicere supplicij.

Moriendum est omnibus etiam inuitis. Et duo nobis in hac luce itinere occurrunt, altero coelum petimus, altero inferos. Illic cum dijs, hic cum sceleratis deputamur, illic regnum, hic supplicium expectamus. Iter eligere licet dum uiuimus. Ex uita merito patet uia, post mortem nulla moerendi facultas.

Mutantur tempora, & qui olim contem-

Aeneae Sylui

ptulit, nunc praeipue ueneratur. 197.

Non uerbis sed rebus reddere, sunt pro beneficijs acceptis gratia. 200.

Sublime decus non merenti traditum, oneri potius quam honori est si in mente ueniat illud Apollinis praeceptum, quod iubet ut nos ipsos cognoscamus. 201.

Quanto altior est ad dignitatem ascensus, tanto periculosior casus.

Veram amicitiam nulla dignitas tollit. 102.

Quis amicorum est qui amici honorem non libenter intueatur? 103.

Quid miserius est, quam id officij genus gerere, cui nequeas satis facere?

Dignitas minus merenti credita oneri potius est, quam honori. 209.

Omnibus hominibus una conditio posita est, tandem mori. Lex naturae quippe est immutabilis ac inuitabilis, quae licet unum quam alterum serius apprehendit, bono tamen uiro nunquam tempestiuor putanda est, qui ex tenebris transit ad lucem, & ex laboribus ad quietem, ex miseria ad felicitatem. 215.

Omnis uita hominis breuis est, & quamuis sit laboriosa & multis aerumnis referta, non sunt tamen passiones huius seculi tales, quae comparari possunt futurae gloriae, quae reuelabitur in nobis. 225.

Vana est omnis huius seculi pompa, caduca gloria, & breuis omnis in hoc mundo potentia. 246.

Amicitia non facile est contrahenda cum hominibus, sed postquam semel contracta est, non leues ob causas est dissoluenda. 251.

Ita a natura comparatum est, ut nulli laus onerosa uideatur.

Amicitia que desinere potest, nunquam uera fuit. 254.

Caduca sunt omnia quae in terris acquirimus, nihil stabile, nihil certum, nemo sibi horam uitae promittere potest, nemo de crastino habet notitiam, fugit aetas, fugit omnis terrena uoluptas, nihil habemus nisi praesens, & id quod momentaneum est, Quid igitur tristamur si priuamur momentaneo bono? 255.

Nihil est amanti difficile, Omnia uincit amor, nullus grauis labor qui non leuissimus ei uideatur qui ex amore operatur. 257.

Dei consilia humana cogitatio inuestigare non potest, saepe enim ad nostram uiam

nam tendunt, quae nos quasi felicia uel cupimus uel admiramur. 291.

Melior est multo certa pax quam desperata uictoria. 332.

Ferenda est fortuna quam Deus mittit, neque enim dubitandum est quin Deo sit cura huius morbi, quae suae condidere manus, si curat igitur quaecumque accidunt, aut uolente illo, aut permittente fiunt. 344.

Non potest ullis armis uinci ueritas, & iniuste agenti nulla satis tuta possunt inueniri praesidia. 283.

Optimus princeps est qui per se recta cognoscit, & operatur. 387.

Honestas & iustitia multitudini non facile persuadetur, quae uarijs affectibus agitata ad prona frequenter inclinatur. Neque bene se res habet ubi suffragia numerantur sed ponderantur. Saepe enim fit ut maior pars meliorem uincat.

Qui uirtutis est expertus, qui cupiditate aut libidinibus uincitur malis, non cupidini tantum, sed morti etiam subiectus est sempiternae. 395.

Qui docent tantum nec faciunt, ipsis praecipis suis detrahunt pondus. Quis enim obtemperet, cum ipsi praecipitantes doceant non obtemperare.

Bonum est recta & honesta praecipere, sed nisi & facias, mendacium est, Et est incongruens atque ineptum, non pectore sed in labijs habere bonitatem.

Plerique Philosophorum tales sunt, ut sint diserti in conuictum suum, quos si audias in libidinem, in auaritiam, in ambitionem perorantes, iudicium suum professos putas, adeo redundant ad ipsos maledicta in publicum missa. Quos non aliter intueri decet quam medicos quorum tituli remedia habent, pixides autem uenena, Quosdam uero nec pudor tenet uitiorum, sed patrocina turpitudinis suae fingunt, ut etiam honeste peccare uideantur.

Natura non fert, ut eos amemus a quibus mala patimur.

Caduca sunt omnia quae sunt sub sole & fluxa, omnes morimur, omnia nata occidunt, & omnia orta senescunt, breuis est humanae prosperitatis cursus, cito regnum deficit, nulla potentia longa est.

Gloria clari nominis quamuis de maximis rebus diu perseueret, finitur tamen

ali.

Gnomologiae.

aliquando & cum tempore deficit.

Nihil inter mortales non mortale, conuertit omnia tempus. Esto dures per multa secula nomen, quae dulcedo post obitum laudis? Aut enim damnatus est homo in altera uita, & nihil ei proderit fama quae remansit. Aut saluatus est, & ea non aeger, beatitudine iam donatus aeterna, quae omni ex parte plenissima est.

Credendum est semper ueteribus sacrisque sermonibus, nobis asserentibus, animam esse immortalem, iudicesque habere, & poenas dare maximas cum a corpore fuerit separata, quod intelligendum est cum male uixerit.

Breue est omne quod uiuimus aeternum, etiam si Mathusalem, aut Nestoris annos possimus attingere, & quicquid aeternitati comparatur momentaneum est.

Angustissima est uita hominis & incerta, mille instant in omnes horas pericula, mille mortis fauces uitae nostrae insidiantur, minima res cursum nostrum interrumpt. Alieno hic arbitrio sumus, uocat nos Deus quando uult, & ubi uult, & cum minime credimus citamur. Peremptoria monitio est, nec licet prouocare, aut contra niti, parendum est altissimo, cui & reddenda est uillicationis nostrae ratio.

Sapiunt reuera, qui ita uitam instituunt, ut ex hoc mortali corpore uocati, alacri animo abeant, & coram iudice, qui nihil ignorat, impauidi consistant die illa tremenda, in qua omnis spes ac metus ex his quae acta sunt pedet, nec supplicare iuuat amplius.

In caelo plena felicitas est, apud inferos uero miseria plena, cum eo uentum est, nihil iuuat quae praesens gloria, & omnis fama seculi.

Præueniendus est prius operibus dies mortis, & omnes actus nostri ita dirigendi, ut Deo in primis placeamus. Ipse enim est finis omnium & summum bonum, ad quod aspiramus, & ipsa beatitudo cuius cupiditas omnibus mortalibus inest. Quarendum est igitur iter ad eam, id recta fides ostendit & operatio iustitiae, iustus enim ex fide, dicente scriptura uiuit, & sine fide nemo acceptus Deo.

Turpe est cuique homini errare, maxime uero regi, cuius errore multi periclitantur.

Tria sunt iuxta Hesiodum hominum genera. Primi & optimi sunt, qui per se omnia noscunt. His proximi, qui recta monentibus auscultant. Tertij prorsus damnandi sunt, qui neque ipsi uident, neque uidentibus credunt.

Recte Antipatrum de Alexandro scribit Aristoteles, monens ne pro tot exercitijs, uictoriisque, & subiugatione orbis terrarum gloriatur. Sed cogitet quod si quis de Deo recte cognoscat, non minori gloria dignus est, quam ipse pro tantis rebus gestis, tantaque potentia.

In Ethicis ait Aristoteles sapientem esse amicissimum Deo, sed nemo sapiens iudicandus est, qui a recta fide est alienus.

Primus sapientiae gradus est, nolle errare, & uerum quam libentissime audire, maxime in his rebus, unde homini est salus.

Nostri Philosophi summum bonum, nec in terra, nec in sensu, sed in caelo & in Deo quaerendum censent, & eo faciendam mentem existimant.

Natura instituit nos, ut caelum aspicientes, eo uotis omnibus aspiremus, sicut est illud Poeticum: Os homini sublime dedit caelumque uidere iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.

Quis nescit finem his praestare, quae sunt ad finem omnia haec corporea oblectamenta eo reperta sunt, ut spes hominis conseruari & in suum finem qui est Deus per haec adduci posset. Quis autem ederet aut biberet &c. nisi esset in his aliqua uoluptas? at haec non est finis hominis, qui ad Deum factus est, & nisi ad Deum ueniat, nunquam quiescit.

Carnalia desideria nequaquam curat, qui bonis fruitur spiritualibus. Sicut enim ignis & aqua simul esse non possunt, sic deliciae spirituales carnalibus non cohaerent.

Non haec quam uiuimus uita est, sed potius mors, quae fugit ueluti umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Sicut lilia & flores deficiunt. Leuissimaque res est quae hominem extinguit. Bestiola minime nobis insidiantur, & paruuli serpentis morsum, aranei nonnunquam ictu perimus. 411.

Nihil fragilius humana uita, quae tum in certa tum breuissima.

3 Bre.

Aeneae Sylui

Breue est quicquid finitur, & stultitia est his spem ponere, quae praetereunt.

O homo moriendum est, quisquis es, a morte enim mortales appellamur. Nemo nostrum nouit, an horam uicturus sit, & tamen haec terrena diligimus, quae mox relicta sumus, quin potius transitoria pro perpetuis commutamus.

Iustissimus est irretibitor Dominus, qui nec bona sine praemio, nec mala sine poena praeterit. 412.

Iustum est ueri Dei iudicium, iustae ultiones suae, considerat semitas suorum, nec falli in faciem potest.

Deus, qui bonorum ac malorum operum mercedem gerit, nec immuneratum quod bene, nec impunitum quod male gesseris, esse permittet.

Nusquam tam procul aberit amicus, ut literarum beneficio adiri non possit. 402.

O maximum & diuinum literarum donum, quod non modo longe recedentes amicos, sed quos aut nunquam uidimus homines seu uiuentes, siue mortuos in nostrum reducit alloquium, & quos carne inueneri non possumus, mentibus offert conspiciendos.

Democritus actionis umbram dixit orationem esse, nec aliud epistola est, quam uis enim raro uiuant homines, & scribunt, sentiunt tamen ita uiuendum esse, nec fieri potest quin animum suum prodat is, qui plurima scribit, & sic saepe uirtutis praecognia commemoret, qui uicia sectatur.

Multum in omni re fortuna dominatur. Haec pro libidine sua, nunc obscurat mortalitatem, nunc celebrat.

Nonnulli homines cum essent memoria digni sempiterna, fortunae malignitate depressi, nequaquam emergere potuerunt.

Fortuna nihil aliud est, nisi diuina pro uidentia, uel promissio.

Themistoclem illum summum apud Athenienses uirum, cum ex eo quaeretur, cuius uocem libentissime audiret, respondisse aiunt, eum a quo sua uirtus optime praedicaretur.

Nemo (ut uerissime Cicero dixit) tam misus est aduersus qui non mandari uerbis aeternum suorum laborum praecognium facile patiat.

Corrumpunt bonos mores confabulationes male.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu, ex Horatio.

Dæmonum cibus est, inquit D. Hieronymus (carmina Poëtarum, secularis sapientia, Rhetoricorum pompa uerborum). Haec sua omnes suauitate delectant, & dum aures uersibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam penè quoque penetrant, & pectoris interna deuincunt. Verum ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta, nihil aliud nisi inanem sonum & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla tibi securitas ueritatis, nulla iustitiae refectio reperitur.

Cum uarij ac multiformes sint poëtae, non omnibus quae ab ipsis dicuntur adhibendum mentem scimus, sed cum excellentium uirorum dicta aut facta commemorant, tota mente moueri atque inflammarī debemus, ut tales ipsi simus quales ipsi fuere. Cum uero in improborum hominum mentionem incidunt, fugienda est illorum imitatio, auresque claudenda non secus atque ipsi ferunt ad Syrenarum cantum clausisse.

Nos laudamus poëtas, Magni Basilij testimonio, non cum scurras aut amates, aut ebrios, aut dicaces imitantur, neque cum diuite mensa cantuque dissoluto feliciter desiniunt, minime uero cum de Dijs aliquid dicunt mendacium.

Ut apes ex floribus nihil aliud sumunt, praeter odorem, & colorem, sic decet studiosos ex poëtarum lectione ea tantum quae ad mores formandos conferunt, ex spurcissimis fabulis colligere.

In poëtarum lectione, si sapimus, id tantum accipiemus, quod ueritati amicum & consentaneum, caetera omnia transgre diemur.

Quoniam ad hanc nostram uitam per uirtutem ascenditur, uirtus autem ipsa multum a poëtis, multum ab historicis, multum etiam a Philosophis laudatur, eorum uerbis maxime est inhaerendum.

Pauci sunt quos dominandi non frangit cupiditas, placet cunctis Caesaris pro uerbium: Si uiolandum est ius, regni causa uiolandum est.

Nulli satis ampla sua potestas uideatur.

Gnomologiae.

Semper in alieno melior seges agro, uicini formosior coniunx, pinguis apud alios pecus apparet.

Humanus morbus est regni affectatio, adeoque communis, ut iam uitio detur animus paterna hereditate contentus.

Omnes Iasonis morbo laboramus, quo grauius ferebat, si non regnaret, quasi nesciret priuatus esse. Sed ille fortassis gnarus imperandi peritia. Nos quauis domui nostrae utiliter praesse nesciamus, in alios ramentum magistratum affectamus, alios in delicijs natos, in plumis enurritos, in uoluptatibus mersos, uecordia domi prostratos habet, hi neque famem, neque sitim, neque labores ullos perferre possunt.

Omnes hodie reges ac principes, de domino retinendo, quam de fide seruanda sollicitiores existunt. Cedit fides honori, nimis honor. Quid enim saluis infamia numis, inquit ille, ematur. 405.

Plane misera est hominum uita in hoc mundo, sed hanc frequenter suis delictis homines asciscunt. 409.

Fortuna frequenter indignos ad alta leuat, dignosque humi deprimit atque perfundat. 410.

Certum est nos omnes homines ab uno homine originem habuisse, uirtus sola aqua liter nos natos distinguit, & quorum opera extolluntur, eos nobiles & claros reddit. Et quauis uulgi opinio ignara quidem, atque indocta aliter sentiat, ueritas tamen suo de moueri loco haud quaquam potest.

Is uere nobilis existimandus, cuius opera uirtuosa conspiciantur, & qui aliter eum appellant non illi detrahit quem appellat, sed ipsum ignorantiae stultitiaeque condemnat.

Inopia generositatem non tollit, quanquam opera impediunt.

Pauci sunt qui uitam omnem feliciter agant. Alios prima, alios postrema tempora fortunata recipiunt. Recte tamen cum his agitur quibus pars uitae posterior laeta est. 414.

Eos fortuna hostes habet, quos ex felicitate arumnas praecipitat, quibus miserum est fuisse felices.

Est in omni cultu adhibenda mundicia, non odiosa, nec exquisita nimis, agrestis tamen & inhumana negligentia uiranda.

Pulchra est nobilitas, sed alienum bonum. Preciosa diuitiae, sed fortunae possessio, uelusta gloria, sed inconstans, forma decem, sed caduca, paruoque durans tempore. Optanda sanitas, sed permutationi prorsus obnoxia, concupitae uires, sed aegritudine aut senectute facile contabescunt. Nihil praestantius aut intellectu ac ratione. Hoc nullus fortunae tollet incursum, nulla calumnia distrahet. Cumque omnia tempore immutatur, scientiam & rationem senectus auget. Bellum singula trahens atque omnia ferens, solum doctrinam nequit eripere.

Socrates cum Gorgiam percontaretur, an Persarum regem felicem esse putaret? nescio, inquit, quantum uirtutis habeat & disciplinae. Perinde ac hisce, non autem fortunae bonis consistat beatitudo.

Megarum cum Demetrius captam solio quasset, Stilphonem Philosophum illic omnium nudum interrogauit, an suorum quicquam amisisset? Haud equidem, respondit Stilpho, bellum enim nullum ex uirtute spoliū ducit.

Regna & opes, non magis possidentium sunt, quam cuiuscunque, sed ut in seculari ludo, nunc huc transeunt, nunc referuntur illuc. Sola uirtus & uiuendi & mortuo stabilis est & firma possessio.

Solon diuitibus dicere solebat, Nos non permutabimus cum uirtute diuitias.

Diuitiae cum affluant, curandum est, ne uirtutes desint, sine quibus ne dum regis, sed nec uiri nomen quisque meretur.

Sicut hyemi necessaria per serenitatem parare consuevit homo, ita & boni & optimi ad senectutem uirtus uaticum in pueritia uendicare debet.

Nemo tam diuinos habuit fauentes, ut trastrinum sibi polliceri possit, adeo fluxa sunt quae in hoc terrarum orbe possidentur.

Nulla res est, quae aduersus noueratis fortunae impetus certius quam propheta solamen praebet.

Dionysius iunior cum eiectus tyrannide in exilium actus interrogaretur, quid sibi Plato & Philosophia profuisset, ut aequo, respondit, animo facileque ferrem fortunae mutabilitatem.

Sive aduersa nobis, siue secunda res fuerint,

Aeneae Sylui

rint, ad Philosophiam, quod est uirtutis studiū, recurrere debemus, cuius potissime conuenit reges amatores existere.

Rex (ut Aristoteli placet) est lex quaedam animata.

Magnum est regni pōdus, quia nō tantum sui curam rex habere debet ut saluus fiat, sed populi quoque, ut creditā sibi multitudinem recte dirigat, per iustitiam in uiam salutis & pacis.

Nullus est quem oporteat, uel plura, uel meliora scire quam principem, cuius prudentia debet omnibus prodesse subiectis.

Regnaturis necesse est philosophandi studiū, est enim Philosophia mater omnium artium, quam Plato donum, Cicero uerō inuentum uocat.

Sine literis omnis aetas caeca est.

Demetrius Phalereus Ptolemæū regē monebat, ut libros de regno imperioque sibi compararet atque perlegeret. Quae enim amici non audent monere reges, haec in libris scripta facile reperiri.

Nos si recte sapimus, hanc humanam uitā nihil esse arbitramur, nec bonū quicquam existimandum esse censuimus, ad uitam alteram non suppeditat utilitatem.

Si quis omnē post creatos homines felicitatem mente concipiat, simulque in unū congerat uniuersum, paruam quidem partem illorum bonorum coelestibus adhaerere comperiet, sed ab illius uitae aeternae bonis omnia humana simul collecta magis abesse, quam umbram & somnum a ueris uerbis inueniet.

Pestiferum genus hominum est qui laudant quaecumque audiunt laudari, & rursus cum uituperante uituperant, negant si quis negat, & affirmant si audiunt affirmantem, atque ut polypus ad speciem subiecti soli colorem mutat.

Nihil est quod suo principi fauorem populi magis conciliet, quam gratia sermonis.

Indignus regno uidetur, qui conquerentes, aut aliquid exoptulantes regnicolas non intelligit.

Princeps qui per alium semper loquitur, nihil recti magis quam regis nomen meretur.

Muliebri, ut Homerus inquit, taciturnitas decus adfert, at uero non item.

Nonnunquam sermone praestantius plures dixisse quam tacuisse poenituit.

Quod silentio retentū est, effertur facile, quod semel edideris, reuocari nullo modo potest. Nam semel emissum, teste Flacco, uolat irrenocabile uerbum.

Linguam dicebant ueteres debere non esse liberam aut uagam, sed uinculis de pectore imo & de corde aptis moueri, & quasi gubernari, Nam qui sunt faciles, leues, & importuni locutores, horum orationem bene existimatum est in ore nasci non in pectore.

Vlyssē sapienti facundia praeditū, Homerus, uocem mittere ait, non ex ore, sed ex pectore.

Verborum coercendae petulantiae nullum positum est dentium, ut loquendi temeritas non cordis tamen custodia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubijs in ore positis sapiatur.

Opus est ut loquendi uires radices agant, cum tempus aduocarit, fandi libertas detur.

Nimia taciturnitas, loquendi facultatem adimit.

Sicuti qui longo tempore coiecti in uinculis fuerint, si posterius soluantur, ob uinculorum consuetudinem nequeunt ambulare. ita qui sermonē diutius astrinxerunt, si quando loquendum ex improviso fuerit, commutescunt.

Licet ipsa uitiū sit ambitio, frequenter tamen causa uirtutum fuit, & ille nimium commendandus est puer, quem laus excitat, qui uictus flet, quem gloria uiuat.

Abfit in omni sermone turpitudine, quoniam actionis umbra, ut ait Democritus, extat oratio.

In omni turpiloquio imitandus est Vlysses, qui ceras affixit auribus, ne Sirenarum cantus exaudiret.

Adfit in colloquendo facilitas, in obuios compellendo suauitas, in respondendo benignitas. Nam graues in colloquutionibus mores, digna in se odia contrahunt.

Abfit in contentionibus pertinacia, uincat prudentia, obtineant rationes.

Non

Gnomologiae.

Nō solum uincere sed forte uinci speciosum est.

Teneda est Euripidis sententia, qui duobus colloquentibus cum alter furit, eum longē sapienterem affirmat, qui uerba frenat.

Abfit in omnibus uerbis iniuria. Nam mentire seruire uitiū est, à cunctis mortalibus odio insectandum.

Quanto dignior est qui mentitur, tanto scelus est detestabilius. Omne enim uitiū, ut Iuuenalis inquit, tanto praestantius in se crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Quae tumet oratio, inciuilis est, quae tenuis est, nusquam mouet, Ideoque &c.

Quemadmodum corpus non solum in eolum uerum etiā bonae habitudinis esse oportet. Ita & orationem non modo non agram, sed etiā robustam esse conuenit.

Memoria merito penus scientiae dicitur & disciplinae, & in fabulis musarum mater appellatur, quia gignit & nutrit.

Uitium moribus praeteritis & loquendum uerbis praesentibus.

Oratio, cuius summa uis est perspicuitas, uitiosa fuerit, si egeat interprete.

Non quod uitiose infederit pro regula sermonis, accipiendum erit, quia non uitia sed mores boni consuetudinem faciunt.

Non parum utilitatis habet consuetudo quaedam, & familiaritas uirtutum mentibus puerorum & animis infusa recentibus, cum ualde inherere soleat & penē indeliberiter, quae in tenera aetate discuntur.

Nullus liber, (ut Plinius ait) est tam malus, ex quo non possit aliquid utilitatis excipi.

Historia, ut Cicero ait, est testis temporum, lux ueritatis, magistra uitae, ueritas ueritatis. Utillissimum igitur erit complures historias nosse.

Optima semper ad imitandum proponi debent, quae si non possumus attingere, hoc tamen praestant, ne cum ultimis despiciamur.

Fugienda est omnis artis superuacua imitatio, quae licet nihil mali uideatur habere, uacuum tamen laborē deposcit & ab utili negotio detrahit.

Philosophia docet, quis sit erga diuinam

maiestatem cultus, quomodo parentibus, quomodo natu grandioribus, quomodo peregrinis, magistratibus, militibus, amicis, uxoribus, ciuibus, rusticis, seruis utendum sit. Docet auaritiam contemnere, quae pecuniae studium habet, quam nemo sapiens unquam concupiuit. Admonebit in mulieribus seruire modestiam, charos habere liberos & propinquos, minime seruire, uenerari senes, legibus obtemperare, iracundiam compefcere, contemnere uoluptates, misereri oppressis, inopibus, conferre dignis praemia, ius suum unicuique reddere, punire nocentes, & quod maximum est in prosperis fortunae successibus letitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia deprimi.

Ut in saporibus quaedam interdum sua uiter amara sunt, sic in oratione aliqua asperitatis intersonantia, magis grata est oratio.

Socrates multos propterea uiuere dicebat, ut ederent & biberent, se autem propterea & edere & bibere, ut uiueret.

Cato apud Romanos uoluptatibus omnibus deditos sermo facturum. Quam difficile est, inquit, ad uentrem orationem habere, qui aures nullas habet.

Plato diuinus plane Philosophus, non passim haurienda uina, sed modicis et honestis inter bibendum remissionibus reficere integrarique animos, ad instauranda sobrietatis officia sapienter existimauit. Nec diffugiendas esse omnino uini potatores, quia nullus continens prorsus aut temperatus satis fideliter uideri potest, cuius uita non inter pericula uitiorum, & in medijs uoluptatum illecebris explorata sint.

Corporei tantum indulgeri Plato uult, ut Philosophiae mysterium praestare possit. Quod dictum prudenter putamus, si rei publicae curam sub Philosophiae studio uolumus contineri. Nam qui corpus optime curant, animam uero quae eius seruitio uti debet, negligunt, nihil ab his differunt, quae ut organa perfectissima possint habere, omni studio conquirunt, artem uero curae gratia comparant organa, omnino despicunt.

Corporis impetus castigare & compefcere, uelut immanem beluam oportet, ut eius aduer-

Aeneæ Sylui

aduersus animam temerarios motus rationis habena cohibeamus.

In cibo illud solum curandum est, ut ne celsitas corpori tribuatur quo possit esse laboris paciens. Venti enim nunquam ad uoluptatem, sed ad sustentationem porrigere oportet.

Regna uirtuti parent, & resistunt uitijs. Nulli enim magis quam regnanti opus est sapientia, qua gubernantur quæ subsunt imperio omnia. Et quem proprius subuertit error, Rex insipiens se perdit & populum.

Nihil est nobile quod uitiosum. Quis enim generosum dixerit hunc qui indignus genere est, & præclaro nomine tantum insignis?

Vt animalia muta quamuis laudatis ortu parentibus, nemo generosa optat, nisi fortia. Sic homines appellari nobiles iure nequeunt, nisi uirtute propria commendati.

Miserum est alienæ, ut Iuuenalis ait, incumbere famæ, ne collapsa aut subductis tecta columnis.

Socrates fortunatas esse res publicas opinabatur, si rectores earum studere sapientiae contigisset. Soli namque perfecti sunt homines qui ciuiles cum Philosophia partes quarunt immiscere, sibiq; gemina uendicant bona. Nam & eorum uita qui communi

seruiunt utilitati, & summa cum tranquillitate nullis obiecta fluctibus, per sapientiae studia uersatur.

Sicut aues ad uolatam, equi ad cursum, ad sauitiam gignuntur, sic hominis est propria agitatio (ut ait Quintilianus) mentis atq; solertia, hebetes uero atq; indociles non magis secundum naturam, quam prodigiosa corpora similia monstris eduntur.

Quamuis alius alium præstet, ingenio nemo tamen reperitur, qui nihil sit studio consecutus.

Sicut caeca est sine disciplina natura, sic sine natura macerata est disciplina, in utraque tamen parum momenti fuerit si subtraxeris exercitium, sed hisce tribus, absolutio comparatur.

Nobilioribus ingenijs, maiorum laudes, ac uituperia inter educandum melius conueniunt quam uerba, illa enim ad honesta concitant, hæc à turpitudine cohibent. In utrisq; tamen adhibendus est modus, ne quid nimis sit.

Vita hominis est in duas partes diuisa, in studium, & remissionem, Sic sunt uigilia, somnus, pax, bellum, æstas, hyems, operosi festiq; dies, laboris condimentum est otium.

Hostes disciplinarum omnium, ut à Platone dictum est, sunt labores & somni.

F I N I S.

